

7.3.  
⟨Capitulum tertium⟩  
⟨De fallaciis in dictione⟩

7.3.1.  
⟨De intentione capituli⟩

Dicturi de unaquaque fallaciarum in speciali, describemus terminos a quibus unaquaque fallaciarum habet denominationem et assignabimus causam apparentiae eius et causam defectus et quomodo fit, et distinguemus ac declarabimus diversos modos ipsius.

- 5 Istud tertium capitulum determinabit in speciali de unaquaque fallaciarum in dictione et habebit decem partes. Quarum prima proponit communiter quae et quomodo determinabuntur de unaquaque fallaciarum istarum; secunda erit de fallacia aequivocationis; tertia de fallacia amphiboliae; quarta de modis harum duarum fallaciarum; quinta de convenientia fallaciarum  
10 compositionis et divisionis; sexta de differentia earum; septima de modis fallaciarum compositionis et divisionis; octava de fallacia accentus; nona de fallacia figurae dictionis; decima de modis eius.

Secunda incipit ibi ‘Est ergo aequivocatio’; tertia ibi ‘Amphibolia dicitur’; quarta ibi ‘Utriusque autem’; quinta ibi ‘Fallacia compositionis’; sexta

7.3.1: *E* 81<sup>vb</sup>, *T* 61<sup>vb</sup>, *V* 78<sup>va</sup>, *B* 76<sup>vb</sup>, *K* 125<sup>rb</sup>, *G* 59<sup>rb</sup>

1 dicturi] *TVKG*: dicturus *E*: dicto *B* || describemus] *E*<sup>s</sup>: describam *E* 2 unaquaque fallaciarum] *T*: istae fallaciae *E*<sup>c</sup>*K*: illa fallacia *EVBG* || habet denominationem et] *T*: habent denominationes et illas fallacias et *E*: habet nominationem et illam etiam fallaciam et *V*: habet denominationem et illius fallaciae *BG*: habent denominationem et illius fallaciae *K* 3 causam] causas *E* || eius] *TV*: earum *E*: illius *B*: *om.* *KG* || causam] *TKG*: causas *E*: *om.* *VB* 4 fit] *T*: fiat *VB*: fiant *E*: fiet *KG* || ipsius] ipsarum sequitur glosa Jo Aud<sup>o</sup>s/And<sup>re</sup>/And<sup>s</sup> *E videns Introductionem nostram p. XXX supra* 5 determinabit] *EVBG*: determinat *T*: declarat *K* || in speciali] *EBKG*: *om.* *TV* 6 in dictione] *EVBG*: in speciali scilicet *praem.* *T*: *om.* *K* || communiter] *EVBG*: *om.* *TK* 7 determinabuntur] *B*: determinabitur *EVKG*: determinabit *T* || istarum] *VBKG*: *om.* *ET* 10 differentia] *ETVG*: differentiis *BK* 13 incipit] *ETVB*: *om.* *KG* 14 utriusque] *TV*: utraque *B*: uterque *EKG*

*Summulae, De fallaciis*

ibi 'Differunt autem'; septima ibi 'Modi autem'; octava ibi 'Accentus'; nona 'Figura dictionis'; decima 'Fallaciae autem'.

Prima pars est satis manifesta.

7.3.2.

⟨De fallacia aequivocationis⟩

(1) Est ergo aequivocatio, prout de ea hic intendimus, eiusdem  
vocis incomplexae diversae significationes, vel eadem vox incom- 5  
plexa habens diversas significationes, vel acceptio termini aequi-  
voci pro eius diversis significationibus. (2) Fallacia aequivocationis  
est deceptio proveniens ex actuali multiplicitate vocis incomplexae.  
(3) Causa apparentiae est identitas eius vocis incomplexae  
vocalis secundum materiam et formam, et causa defectus est ac- 10  
ceptio illius vocis secundum diversas eius significationes. (4) Fit  
ergo fallacia aequivocationis credendo propter identitatem dictio-  
nis secundum vocem quod sumatur secundum eandem intentio-  
nem, cum tamen sumatur secundum diversas.

Pars ista secunda, quae est in speciali de fallacia aequivocationis, habet 15  
quattuor clausulas.

(1) Prima describit aequivocationem, prout hic accipitur, triplici de-  
scriptione: prima est si quis velit dicere quod hoc nomen 'aequivocatio'  
supponat pro significationibus termini aequivoci; et secunda si velit dicere  
quod supponat pro termino aequivoco; et tertia est si volumus dicere quod 20  
supponat pro usu termini aequivoci pro pluribus eius significationibus.

7.3.2: E 81<sup>vb</sup>, T 61<sup>vb</sup>, V 78<sup>vb</sup>, B 77<sup>ra</sup>, K 125<sup>rb</sup>, G 59<sup>rb</sup>

2 figura dictionis] BK: fallacia figurae dictionis E: fallacia figurae T: figurae dictionis VG || fallaciae] ET: figurae V: fallacia BKG 6 acceptio] EBKG: acceptiones T: est praem. V 8-9 vocis incomplexae] EVBG: secundum materiam et formam add. T: incomplexae secundum materiam et formam K 9-10 causa ... vocalis] E<sup>c</sup>: causa apparentiae ipsius est identitas vocis incomplexae T: om. EVBG: causa apparentiae est identitas vocis K 10-11 acceptio] TVBG: deceptio E: diversitas K 17 prout hic accipitur] ETB: de V: prout hic sumitur KG 19 secunda] est add. E 20 est] ET: om. VBKG || volumus] ET: vellemus VK: velit] B: velimus G 21 aequivoci] aequivocitur E

### 7.3. De fallaciis in dictione

Et tu potes petere: 'Quid istorum diceret tu?' Et ego dico quod nomina sunt ad placitum. Ideo nullum istorum modorum dicendi reprobato, sed tertius videtur mihi ad propositum.

(2) Secunda clausula describit fallaciam aequivocationis; (3) tertia assignat causam apparentiae et causam defectus; (4) et quarta clausula ostendit quomodo fiat fallacia aequivocationis. Et hoc totum est satis manifestum.

#### 7.3.3.

#### (De fallacia amphibolia)

Amphibolia dicitur ab 'amphi', quod est 'dubium', et 'bole', quod est 'sententia', quasi 'dubia sententia'. Ideo amphibolia, prout de ea hic intendimus, est eiusdem orationis secundum vocem diversae sententiae, vel est eadem oratio vocalis habens diversas sententias, vel est acceptio eiusdem orationis secundum vocem pro diversis sententiis. Fallacia amphiboliae est deceptio proveniens ex actuali multiplicitate orationis. Causa apparentiae ipsius est identitas orationis vocalis secundum materiam et formam, et causa defectus est acceptio illius orationis secundum diversas eius sententias. Fit ergo fallacia amphiboliae credendo propter identitatem orationis secundum vocem quod sumatur secundum eandem sententiam.

Ista tertia pars dicit omnia proportionaliter de fallacia amphiboliae, sicut precedens dixit de fallacia aequivocationis. Ideo totum est satis manifestum.

7.3.3: E 81<sup>vb</sup>, T 62<sup>ra</sup>, V 78<sup>vb</sup>, B 77<sup>ra</sup>, K 125<sup>va</sup>, G 59<sup>rb</sup>

1 quid] BG: quod ETVK 2 sunt] ETBKG: significant V || dicendi] EVBG: om. T: dicendum K 4 tertia] VBKG: etiam add. E: autem add. T 5 defectus] ET: in fallacia aequivocationis add. VBG: et fallaciam aequivocationis add. K || clausula] ET: om. VBKG 6 fiat] ETBG: fit V: fiet K || hoc] ET: om. VBKG || satis] EVKG: om. TB 7-8 bole ... sententia] EVB: bole sententia T: bolos sententia KG 8 dubia] ETVB: dubiosa KG 9 est] EVBK: eius T: om. G 13 identitas] ETVB: multiplicitas KG 15 acceptio] T<sup>s</sup>VBKG: deceptio ET 18-19 ista ... manifestum] ETVBG: om. K 19 satis] ETBG: om. V: def. K

*Summulae, De fallaciis*

7.3.4.<sup>1</sup>

(De modis fallaciarum aequivocationis et amphiboliae)

Utriusque autem harum fallaciarum secundum Aristotelem<sup>2</sup> sunt tres modi proportionales. Est enim primus modus quando nomen vel oratio principaliter plura significat; secundus autem est quando nomen vel oratio habet unam primam et principalem significationem et aliam vel alias secundum attributionem ad primam; tertius est quando compositum plura significat, separatim vero unum solum. 5

Exemplum de primo in aequivocatione, ut ‘omnis canis est latrabilis; quoddam sidus est canis; ergo quoddam sidus est latrabile.’ In amphibolia autem, ut ‘quicumque vellet me accipere pugnantes, ipse vellet quod acciperent me pugnantes; sed ego vellem me accipere pugnantes; ergo vellem quod acciperent me pugnantes.’ 10

Exemplum de secundo modo in aequivocatione, ut ‘omne sanum est animal; urina est sana; ergo urina est animal.’ In amphibolia autem, ut ‘quicumque haurit aquas cribro, ipse est in aquis 15

7.3.4: *E* 81<sup>vb</sup>, *T* 62<sup>ra</sup>, *V* 79<sup>ra</sup>, *B* 77<sup>rb</sup>, *K* 125<sup>va</sup>, *G* 59<sup>va</sup>

2 proportionales] *ET*: ista et illi *add.* *V*: isti illis *add.* *B*: iste primus *add.* *K*: isti primus *add.* *G* || enim] *ETVB*: *om.* *KG* || modus] *ETVB*: *om.* *KG* 6 separatim] *EBKG*: quam separat *T*: separatum *V* 6–7 vero unum solum] *BKG*: *om.* *ET*: autem unum solum *V* 9 quoddam sidus] *ETV*: caeleste *add.* *B*: sidus caeleste *KG* || sidus] *ETV*: caeleste *add.* *BKG* 10–11 quicumque . . . pugnantes] *E*: quocumque vellem me accipere vellem quod acciperent me *T*: quocumque vellet me accipere pugnantes ipse vellet quod acciperent me *V*: quaecumque vellet me accipere pugnantes vellem quod me acciperent pugnantes *B*: quaecumque me vellem accipere vellem quod ipsi acciperent me *K*: quicumque vellet me accipere vellem quod ipsi acciperent me *G* 11 ego vellem] *EVBKG*: pugnantes vellem *T* 12 pugnantes] *om.* *T* 13 in aequivocatione] *ETVB*: aequivocationis *KG* 15–41.1 ipse . . . aquas] *EVBKG*: trahit aquam ex puteo *T* 15 aquis] *VBKG*: aqua *E*: *aliter* *T*

1 *add. in marg.* *E* 81<sup>vb</sup>: amphibolia, equivocatio, compositio, divisio, accentus, figura dictionis in dictione; accidens, secundum quid et simpliciter ignorantia elenchi, consequens, petitio principii, non causa ut causa, que plures interrogationes ut una.

2 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 4, 166a14–18.

### 7.3. De fallaciis in dictione

vel iuxta aquas; sed addiscens litteras sine libro haurit aquas cribro,  
ut dicit versificator;<sup>3</sup> ergo ille est in aquis vel iuxta aquas.’

Exemplum de tertio modo in aequivocatione ut ‘quicumque  
sanabatur, sanus est; laborans sanabatur; ergo laborans sanus est.’

5 In amphibolia autem ut ‘omne quod scit aliquid, hoc scit; sed  
saeculum scit aliquid; ergo saeculum scit.’

Quia fallacia aequivocationis et fallacia amphiboliae habent multam affini-  
tatem, ideo in hac parte quarta modi earum simul distinguuntur; et postea  
ipsi distincti declarantur exemplis.

10 Ponuntur ergo utriusque fallaciae tres modi. Et accipias ibi ‘nomen’  
non prout distinguitur contra ‘verbum’, sed communiter pro omni voce  
significativa incomplexa, sive sit verbum, sive nomen, sive dictio syncate-  
gorematica. Dicitur autem nomen vel oratio habere principaliter plures  
significationes, si ad utramque sit imposita sine attributione ad aliam. Sic  
15 ergo peccat exemplum positum de aequivocatione quantum ad primum mo-  
dum, scilicet quod hoc nomen ‘canis’ secundum unam eius impositionem  
significat animal latrabile et secundum aliam quoddam caeleste sidus, et  
accipitur in maiori pro una eius significatione, scilicet pro animali latrabili,

1 addiscens litteras] *EVKG*: qui discit *T*: .?. *B* 2 ut ... versificator] *EV*:  
*om. TBKG* || ille] *EVBK*: qui discit sine libro haurit aquam ex puteo *T*: addiscens  
litteras sine libro *G* 3 in aequivocatione] *ETVB*: aequivocationis *KG* 4 sa-  
nabatur] *EVBKG*: sanabatur *T* || laborans ... est] *ETBG*: laborans sanabatur  
ergo etcetera *V*: *om. K* 5 aliquid hoc] *EVBG*: aliquis hoc *T*: adhuc *K* 6 scit  
aliquid] *posui, confer p. XXX*: sit aliquid *VK*: scit aliquis *T*: aliquid scit *EBG* ||  
saeculum scit] *EBG*: et sic de aliis *add. T*: etc. *V*: saeculum sit *K* 7 fallacia] fal-  
laciae *E* || fallacia] *EV*: *om. TBKG* 7-8 multam affinitatem] *VBKG*: multi-  
plicitatem *E*: multiplicitatem actualement *T* 8 earum] *VBKG*: horum *E*: eorum *T*  
9 ipsi distincti] *ETB*: ipsis distinctis *VKG* || exemplis] *EVB*: suis *praem. T*: ex-  
empla *KG* 10 utriusque] *T*: manifeste *add. EB*: cuiuslibet manifeste *V*: in his  
manifeste et sunt *KG* || accipias] *EB*: accipies *T*: accipitur *V*: accipiamus *KG*  
12 significativa] *ETVG*: *om. B*: facta *K* 12-13 dictio syncategorematica] *ET*: sit  
dictio syncategorematica *T*: categorematica sive syncategorematica *V*: syncatego-  
rematica *B*: supna?) *KG* 16 quod] *VKG*: quia *EB*: *om. T* 17 quoddam] *ETVB*:  
*om. KG*

3 Cf. Pseudolus, *Comedie*, vs 102. [uitzoeken]

*Summulae, De fallaciis*

et in minori pro alia, scilicet pro caelesti sidere. Ideo non est medium unum nisi secundum vocem, et oportet in bono syllogismo medium esse unum secundum vocem et secundum intentionem. Immo magis oportet ipsum esse unum secundum intentionem quam secundum vocem.

Sed tunc ponamus quod praedictum terminum accipiamus pro una eius significatione in maiori et minori, nonne tunc erit bonus syllogismus? 5

Ego dico quod erit bonus et formalis, sed una praemissa erit falsa, nam pro animale latrabili maior esset vera et minor falsa et pro caelesti sidere econverso.

Sed tunc iterum ponamus alium casum, scilicet quod tam opponens quam respondens bene videant multipliciter termini et velit uterque illum terminum capere indifferenter pro qualibet eius significatione, nonne ergo est bonus syllogismus dicendo: 10

‘omnis canis currit;  
sidus caeleste est canis;  
ergo sidus caeleste currit?’ 15

Videtur enim quod sic, quia esset in tertio modo primae figurae, et teneret per dici de omni, nam in maiori ‘canis’ distribueretur pro omni eius significato; ideo liceret accipere suo modo de quolibet significato indifferenter et inferre conclusionem. 20

Ad hoc breviter ego dico quod terminus aequivocus nec significat sua plura significata per modum copulationis nec significat ea per modum disjunctionis, sed omnino inconiuncte, scilicet utrumque ac si non significaret

2 unum] *ETVBG*: nisi *add. K* 3-4 immo ... vocem] *EVBKG*: *om. T* 3  
immo] *EVB*: *def. T*: ideo *KG* 7 ego] *ET*: et *praem. VBKG* || praemissa] *EVB*:  
praemissarum *TKG* 8 esset] *EVB*: est *TG*: erit *K* 9 econverso] *ETBG*:  
falsa et pro sidere caelesti econverso scilicet maior falsa et minor vera *add. V*: et  
*praem. K* 17 videtur enim] *TBKG*: mihi *add. E*: et videtur *V* 18-20 canis ...  
conclusionem] *ETVB*: licet acciperetur canis pro quolibet eius significato indifferenter  
et inferre eius conclusionem quia distribuitur pro omni eius significatione *KG*  
18-19 significato] *EBG*: significatione *T*: supposito *V*: *alia K* 19 ideo ... signi-  
ficato] *EVBG*: *om. T*: *alia K* || liceret accipere] *E*: *def. T*: in minore capere *V*:  
liceret in minore accipere *B*: *alia KG* 21-22 sua plura] *EKG*: sua *T*: plura *V*:  
plura eius *B* 23 non] *ETVBG*: *om. K*

### 7.3. De fallaciis in dictione

reliquum.<sup>4</sup> Et ita in casu quod vellemus terminum accipere pro utraque eius significatione, ista vox ‘omnis canis currit’ aequivaleret isti voci in significando ‘omne animal latrabile caeleste sidus currit’ et ista vox non esset una propositio, nec per consequens propositio, licet posset dici propositio  
5 plures; et sic etiam ista vox ‘caeleste sidus est canis’ esset sic dicere ‘caeleste sidus est caeleste sidus animal latrabile’; quae etiam non est propositio. Ideo etiam nullus esset ibi syllogismus, quia omnis syllogismi quaelibet praemissa seorsum sumpta debet esse propositio.

Sed iterum tu diceres: ‘Ponamus quod partes consentiant quod iste  
10 terminus aequivocus significet sua significata per modum copulationis et quod ita sumatur in propositione. Quid ergo esset dicendum in proposito?’

Ego respondeo quod terminus tunc non esset aequivocus, nec ista esset distinguenda ‘canis currit’, sed esset propositio una de copulato extremo vel esset oratio incongrua, quia aequivaleret isti ‘animal latrabile et sidus  
15 caeleste currit.’ Et ad congruitatem istius deberet dici ‘currunt’. Ideo etiam in casu posito debebat dici ‘canis currunt’.

Ita etiam exemplum de amphibolia peccat, quia ‘me accipere pugnant-  
tes’ potest habere duos sensus, scilicet vel quod ego accipiam pugnantem, vel quod me accipiant pugnantem. Et secundum primum sensum minor esset  
20 vera et maior falsa; et secundum secundum esset econverso.

Deinde de secundo modo aequivocationis et amphiboliae sciendum est quod terminus multiplex in isto secundo modo non dicitur proprie aequivocus, sed analogus.

1 quod] *ETV*: si *add. BG*: si *K* 3 caeleste sidus] *EV*: piscis marinus *praem. T*:  
omne *praem. BG*: omnis *praem. K* || esset] *ETVB*: est *KG* 4 nec] *ETVB*:  
et *KG* || licet posset] *ETVB*: potest *KG* 5 sic] *ET*: *redupl. V*: om. *BKG*  
6 latrabile] *EVBKG*: piscis marinus *add. T* 7 esset] *ETVB*: apparet *KG* ||  
syllogismi] *ETBKG*: vel cuiuslibet boni *praem. V* 12 ista] *ETKG*: propositio  
*add. V*: tunc *add. B* 15 currit] *EVBKG*: et piscis marinus *praem. T* || istius] *ET*:  
om. *VBKG* 15–16 currunt... dici] *ETVBG*: om. *K* 16 debebat] *ETV*: debeat *B*:  
*def. K*: debet *G* 18 scilicet vel] *VBG*: scilicet *ET*: vel *K* || ego accipiam  
pugnantem] *ETVB*: me accipiant pugnantem *KG* 19 me accipiant] *ETVB*: ego  
accipiam *KG* || primum] *ETVB*: secundum *KG* 20 secundum] *ETV*: sensum  
*add. B* primum sensum *KG* || esset] *EB*: om. *TVKG* 22 proprie] *ETVB*: in  
aliquo sensu *KG*

4 Cf. Alexander, *De sophisticis elenchis* in S. Ebbesen, *Commentators and Commentaries on Aristotle's Sophistici Elenchi*, Vol. II. Leiden, 1981, pp. XXX.

*Summulae, De fallaciis*

Et tunc aliqui opinantur quod terminus talis de virtute sermonis debeat sumi pro principali significato si per se ponatur et sine additione. Unde dicunt istam esse negandam ‘urina est sana’, sed potest concedi quod urina est sana significative. Et sic dicunt quod iste syllogismus vel paralogramus :

‘omne sanum est animal; 5  
urina est sana;  
ergo urina est animal’

non est solvendus per distinctionem multiplicatis, sed per interemptionem minoris, quia peccat in materia et non in forma.

Sed constat quod tales non loquuntur sufficienter, quia statim in disputatione sophistica ipsi essent ducti ad metam inopinabilis, licet non ad metam forte falsi vel redargutionis, quoniam negans auctoritates sapientium et probatissimorum vel dicens contraria illis auctoritatibus, incurrunt metam inopinabilis, sicut ante dictum fuit. Et tamen constat quod non solum poetae, sed etiam *Biblia* et omnes theologi, praedicatores et philosophi utuntur saepe orationibus transumptivis et parabolicis non solum secundum propriam significationem, sed secundum attributivam. 15

Si ergo dicat respondens et ponat quod omne sanum est animal, ego sophisticè opponens dicam sibi quod urina, quae non est animal, est sana. Et ipse negabit istam ‘urina est sana’. Et ego statim concludam per locum a contradictoriis, quod ipse habet concedere quod nulla urina est sana, quod est contradicere omnibus medicis et philosophis. Et dicam hoc inconveniens mihi sufficere et quod respondeat ad aliam rationem et reputabitur confu- 20

2 pro principali] *ETVB*: pro principaliori *G*: principaliori *K* || ponatur et] *ET*: scilicet sumatur *V*: accipiantur *B*: idest *KG* || sine additione] *ETV*: *om. B*: sumatur *KG* || unde] *ETKG*: *om. VB* 4 sana] *EVBK*: sanitas *T*: sani *G* || significative] *EV*: significativa *TKG*: quia est signum sanitatis *B* 8 solvendus] *ETVB*: solvendum *K*: solvenda *G* || interemptionem] *ETVBG*: interpretationem *K* 10 tales] *ETVB*: isti *KG* 12 forte] *ETVB*: *om. KG* || auctoritates] *EB*: auctoritatem *TKG*: opinionem *V* 12-13 sapientium] *TV*: sapientum *EBG*: sophistarum *K* 13 probatissimorum] *ETK*: approbatissimorum *VB*: approbatorum *G* || dicens] *K*: docens *T*: dicentes *EVBG* 15 poetae] *ETB*: poetria *VKG* 16 orationibus] *ET*: terminis et *praem. VBKG* || et parabolicis] *VBKG*: *om. E*: idest *T* 17 attributivam] *ET*: attributionem *VBG*: attributam *K* 19 sophisticè] *E*: sophista 20 ipse negabit] *ET*: si negaverit *V*: negabit *B*: ipse intellegit *KG* || et] *ETB*: ergo *V*: sive *K*: *om. G* || concludam] *EVBG*: concludo *T*: *om. K* 21 est sana] *om. E*



### 7.3. De fallaciis in dictione

sus, nisi aliter se defendat. Sed poterit a tali meta et confusione sibi praecavere distinguendo, scilicet quod maiorem concessit secundum principalem significationem istius termini ‘sanum’, minor autem ponitur a philosophis et medicis secundum eius significationem attributivam. Et ergo conclusio  
5 non sequitur.

Ita etiam solvitur exemplum de amphibolia: maior enim est vera secundum sensum proprium huius orationis ‘haurit aquas cribro’ et minor falsa; sed secundum sensum metaphoricum minor ponitur et conceditur, et maior negatur.

10 Postea de tertio modo aequivocationis et amphiboliae. Paralogismus de aequivocatione est ex eo quod iste terminus ‘laborans’ per se sumptus non est multiplex, vel etiam sumptus cum verbo praesentis temporis, sed sumptus cum verbo praeteriti vel futuri temporis contrahit sibi multiplicitatem, non significationis principalis, sed suppositionis. Ideo haec est  
15 multiplex ‘laborans sanabatur’ et non ista ‘laborans sanus est’; verbum enim praeteriti temporis ampliat suppositionem nominis ad supponendum non solum pro praesentibus, sed etiam pro praeteritis. Ista ergo ‘laborans sanabatur’ distinguitur quia vel qui est laborans sanabatur, vel qui erat laborans sanabatur. Si ergo in praedicto syllogismo ponamus casum quod maior sit  
20 vera, tunc si minor sumatur pro illo qui est laborans, ipsa est falsa. Sed si sumatur pro eo quod fuit laborans, tunc minor est bene vera, sed non sequitur conclusio, quia minor sumebatur pro praeteritis et conclusio non concludit nisi pro praesentibus. Ita loquitur Aristoteles.<sup>5</sup>

25 Tamen videtur quod in isto paralogismo nulla propositio est multiplex, nec est ibi fallacia aequivocationis, nec in dictione, sed extra dictionem,

1 se] *ETVB: om. KG* || et] *ETVB: sive KG* 3 significationem istius termini] *VBG: significationem istius quod est ET: eius praem. K: || sanum] sanu E*  
4 attributivam et ergo] *E: attributivam ergo T: transsumptivam et attributivam et V: attributam et tunc K: attributivam et BG* 5 non] *ETVB: vere praem. KG* 7 haurit] *ETB: haurire VG: quicumque praem. K* 8 ponitur et] *EBKG: om. T: ponitur secundum et V* 15 et non ista] *ETVB: et ita ista K: om. G* 17 etiam] *ETVB: om. KG* 18–19 quia . . . sanabatur] *ETVBG: om. K* 19 syllogismo] *ETKG: paralogismo VB* 20 minor] *ETVG: maior B: sanabatur K* || sed] *ETKG: et VB*  
21 eo quod] *ET: illo qui VB: eo qui KG* 23 pro] de *E* 24 videtur] *ETKG: mihi add. VB* 25 extra dictionem] *fallacia praem. E*

5 Cf. Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 165b38–166a6.

*Summulae, De fallaciis*

scilicet fallacia accidentis. Ista enim propositio ‘laborans sanabatur’ non est distinguenda; habet enim unicum sensum, qui explanandus est per propositionem unam de disiuncto subiecto, scilicet istam ‘qui est vel fuit laborans sanabatur.’ Tunc ergo si maior esset vera, oporteret ponere casum quod quicumque sanabatur ipse adhuc est sanus. Et sic maior et minor essent simpliciter verae et concedendae, sed non sequeretur ex eis conclusio propter defectum formae syllogisticae; esset enim processus a termino magis ample sumpto ad seipsum minus ample sumptum, nam ‘laborans’ in minore sumebatur indifferenter pro praesentibus et praeteritis et in conclusione pro praesentibus solum, et talis consequentia non valet nisi magis amplum fuerit distributum, sicut alias dictum est.<sup>6</sup>

Dico etiam quod in isto paralogismo non est fallacia in dictione, quia ista ampliatio suppositionis per verbum praeteriti vel futuri temporis non est ex parte vocis, nec propter vocem, sed est ex parte conceptuum mentalium. Nam circumscripta significatione vocis, tamen in propositione mentali conceptus mentalis ampliaretur ad supponendum pro praeteritis per verbum mentalem praeteriti temporis.

Et si tu dicas quod ego contradico Aristoteli, qui ponit hoc exemplum, ego respondeo quod non contradico sibi, quia ipse primo *Priorum* dedit istam regulam quod exemplorum non requiritur verificatio.<sup>7</sup>

3 fuit] *ETB*: qui *praem. VKG* 4 oporteret] *EB*: tunc oportet *T*: sic *add. V*: nisi *add. K*: enim *add. G* 5 ipse] *VBKG*: quod *praem. E*: *om. T* || est] *VBKG*: esset *ET* || sic] *ET*: sumitur *add. V*: *om. BKG* 6 sequeretur] *ETV*: sequitur *BKG* 8 ample sumpto] *ETVB*: amplo posito *K*: ample posito *G* || seipsum] *ETVB*: terminum *KG* 9 sumebatur indifferenter] *VBKG*: sanabatur indifferenter sumitur *E*: sumitur indifferenter *T* 10 nisi] *ETVB*: ubi *KG* 11 fuerit] *EVB*: fuit *TKG* 13 praeteriti] *EBKG*: temporis *TV* 15 nam] *ETVB*: non *KG* || significatione] *EVBKG*: consideratione *T* 16 praeteritis per] *ETVBG*: praesentibus propter *K* 19 respondeo quod] *EB*: ego *add. TV*: dico quod *KG* 20 quod] *ETV*: *om. BKG*

6 Johannes Buridanus, *Summulae; De syllogismis*, 5.3.2.

7 Cf. Averroes, *In de anima* 2 Com 67, 234<sup>100-104</sup>: “Quod enim inducitur secundum exemplum et large non est simile ei quod inducitur secundum demonstrationem; de exemplo autem non intenditur nisi manifestatio, non verificatio.” See also Ebbesen, “Summulae, Tractatus vii De Fallaciis,” In: J. Pinborg (ed.), *The Logic of John Buridan; Acts of the 3rd European Symposium on Medieval Logic and Semantics, Copenhagen 16. – 21. November 1975*. Copenhagen, 1976,

### 7.3. De fallaciis in dictione

Tunc ergo de novo ego distinguam modos aequivocationis quattuor. Primus enim et secundus sunt si nomen sit multiplex quantum ad significationes essentielles, distinguendo significationem essentialem contra significationem seu modum significandi grammaticalem, et tunc vel habet  
5 utrasque significationes principaliter, ut ‘canis,’ et est primus modus, vel habet unam principalem et aliam vel alias secundum attributionem ad ipsam, et sic est secundus modus.

Tertius autem modus est si nomen habeat unam significationem essentialem et sit multiplex quantum ad modos significandi, ut in isto paralogi-  
10 smo:

‘quicumque sunt episcopi, sunt homines;  
asini sunt episcopi;  
ergo asini sunt homines’.

Haec enim vox ‘episcopi’ est duplex: potest enim sumi nominativi casu et  
15 tunc maior est vera et minor falsa, vel potest sumi in genitivo casu et tunc maior est falsa et minor vera.

Quartus autem modus est si terminus nec sumatur multipliciter secundum essentialem significationem nec multipliciter secundum modum significandi, sed sumatur multipliciter secundum modum supponendi; et  
20 ita quod haec multiplicitas sumatur ex parte vocis significativae, ut si nomen capiatur in una propositione personaliter sive significative, et in alia materialiter, sicut arguendo sic:

1 distinguam] *EBG*: distinguo *T*: quattuor *add. V*: tangenti *K* || quattuor] *EBKG*:  
modis *add. T*: et amphiboliae *V*: 2 sit] *EBKG*: est *T*: mansit *V* 4 grammaticalem] *ETVB*:  
accidentalem *KG* || vel habet] *ETVB*: est *KG* 5 utrasque] *ETVB*:  
*om. KG* || significationes] *ET*: *om. VB*: vera *KG* || canis] *ETV*: hoc nomen  
*praem. BKG* 8 est] *ETVB*: *om. KG* || habeat] *EVKG*: habet *TB* 9 et] *ETK*:  
sic *V*: sed *BG* 12 asini] *ET*: isti equi *VB*: sed *praem. KG* 13 asini] *ETKG*:  
*om. V*: equi *B* 14 potest enim sumi] *E*: potest sumi prout sit *T*: quia potest  
sumi *VB*: prout est *add. KG* || nominativi casus] *ETKG*: in nominativo casu *VB*  
15 potest sumi] *ET*: *om. VBKG* 17 est] *VBKG*: *om. ET* 18 multipliciter] *VBKG*:  
sumatur *add. ET* 19 significandi] *VBKG*: grammaticalem *add. ET*  
19–20 multipliciter . . . sumatur] *ETBKG*: *om. V* 21 sive significative] *ETVB*:  
*om. KG* 22 sicut] *EBKG*: *om. TV*

pp. 142–143. Ebbesen argues this is a spurious reference to Aristotle, *Analytica priora*, I, 39–41, 49b–50a.

*Summulae, De fallaciis*

‘omne risibile est homo;  
risibile est proprium homini;  
ergo proprium homini est homo’,

vel sic:

‘homo est species; 5  
Socrates est homo;  
ergo Socrates est species.’

Sciendum est ergo, ut mihi videtur, quod suppositio materialis non est nisi ratione vocis significativae; nullus enim terminus mentalis in propositione mentali supponit materialiter, sed semper personaliter, quia non utimur 10 terminis mentalibus ad placitum sicut vocibus et scriptis; numquam enim eadem oratio mentalis diversas acceptiones vel significationes habet: eadem enim omnibus passiones animae sunt et etiam res quarum ipsae sunt similitudines, ut habetur primo *Peri Hermeneias*.<sup>8</sup> Unde ego dico quod propositio mentalis correspondens huic propositioni, prout est vera, ‘homo est 15 species’ non est propositio in qua subiciatur conceptus specificus hominum, sed est propositio in qua subicitur conceptus quo concipitur conceptus specificus hominum et ille iam non supponit pro se, sed pro conceptu specifico. Ex quo satis patet quod praedicti paralogismi secundum talem mutationem suppositionum pertinent ad fallacias in dictione. 20

Sed tunc est dubitatio quomodo dicemus tenendo illud dictum Aristotelis quod sunt tres modi communes aequivocationis et amphiboliae.

Et ego dico quod hoc est bene manifestum de duobus primis modis aequivocationis et de duobus primis modis amphiboliae. Tertius modus

2 proprium] *ET*: accidens *add. VBKG* || homini] *EBKG*: hominis *T*: om. *V* 3 proprium] *ET*: accidens *add. VBKG* 8 videtur] *ETVB*: apparet *KG* 11 scriptis] *ETK*: scripturis *VBG* 13 sunt] *KG*: om. *ETV*: ?. *B* 14 similitudines] *VBKG*: similes *ET* 16 subiciatur] *EVB*: subicitur *TKG* 16–18 hominum ... specificus] *EVBKG*: om. *T* 17–18 quo ... hominum] *EVBG*: specificus quo conceptu concipitur homo *K*: def. *T* 18 specifico] *ETKG*: hominum *add. VB* 19 quod praedicti] *ETB*: praedicti *V*: quod dicti *K*: dicti *G* 22 amphiboliae] *VBKG*: etc. *add. ET* 24 aequivocationis ... modis] *EVBKG*: om. *T*

8 Aristoteles, *De interpretatione*, I, 16a6–8.

### 7.3. De fallaciis in dictione

aequivocationis non bene habet proportionale in amphibolia, quia modi significandi attribuuntur dictionibus incomplexis et non orationibus, nisi ratione dictionum. Sed tamen in quarto modo aequivocationis potest poni similitudo, seu proportio, in amphibolia.

- 5 Primo quia, licet propositio non supponat nisi forte materialiter, tamen aliqua oratio, vel aliqua definitio, potest supponere et materialiter et personaliter, ut si argueremus sic:

‘omne animal rationale est homo;  
animal rationale est definitio;

- 10 igitur definitio est homo’.

Sic ergo sunt tres modi communes aequivocationis et amphiboliae. Sed per hoc dictum non negat Aristoteles quin possit esse alius modus aequivocationis secundum quem sit talis communicatio aequivocationis cum amphibolia.

- 15 Et videtur quod isti ultimi modi aequivocationis et amphiboliae vere habeant condicionem quam ponit Aristoteles, scilicet quod compositum plura significat, separatim vero simpliciter.<sup>9</sup> Quia nomen per se sumptum (ut ‘homo’) non supponit, ideo nec sibi convenit multiplicitas ex suppositione; sed si fiat subiectum vel praedicatum in propositione, tunc supponit et sibi  
20 potest convenire multiplicitas, quia potest sumi secundum suppositionem personalem et potest supponere secundum suppositionem materialem. Sic enim peccat illud argumentum:

2-3 nisi ratione dictionum] *EVB*: nisi ratione dictionis *T*: dictionum *KG* 3 in quarto modo] *ET*: quarto modo *V*: quartus modus *BKG* 6 oratio] *ETVB*: propositio vel *praem*. *KG* || vel aliqua] *ET*: ut *VBKG* || et] *EVKG*: *om. TB* 9-10 animal . . . homo] *ETVBG*: *om. K* 13 quem] *ET*: non *add. VKG*: quam non *B* || communicatio] *VBKG*: syllogismus *ET* || cum] *VBKG* et alius *praem. E*: et non *T* 16 habeant condicionem] *ETV*: habeant contradictionem *B*: habent contradictionem *K*: habent condicionem *G* 17 separatim] *TKG*: separatum *EVB* || simpliciter] *ETVB*: singulariter *KG* 18 multiplicitas] *ETVBG*: vocis *add. K* 19 sed] *ETVB*: *om. KG* 21 supponere secundum] *ETKG*: etiam sumi *V*: etiam sumere secundum *B* 22 enim] *ETVB*: *om. KG*

9 Aristoteles, *De sophisticis elenchis*, 4, 166a17-18.

*Summulae, De fallaciis*

‘omne risibile est homo;  
risibile est accidens;  
ergo accidens est homo’.

De ‘risibile’ accepto personaliter, maior est vera et minor falsa, ipso autem  
accepto materialiter, maior est falsa et minor vera. Et ita etiam potest dici 5  
de oratione si supponat materialiter et personaliter.

Sed etiam notandum est quod non solum quantum ad suppositionem  
modo praedicto, immo etiam aliter praedicta condicio potest convenire  
orationi, scilicet quod compositum plura significat, separatim autem simpli-  
citer, ut in isto argumento: ‘omne quod scit aliquid, etc.’ Nam ista ‘saeculum 10  
scit aliquid’ est multiplex, quia ‘saeculum’ potest sumi in nominativo casu  
et ‘aliquid’ in accusativo, et tunc est propositio falsa, vel ‘saeculum’ potest  
sumi in accusativo et ‘aliquid’ in nominativo a parte ante, et sic est vera,  
nam valet: aliquid (idest aliqua res, scilicet homo) scit saeculum. Sed re-  
move de ista oratione ‘saeculum scit aliquid’ ultimam dictionem, residuum 15  
non est propositio multiplex, scilicet ‘saeculum scit’, quia construendo sae-  
culum a parte post in accusativo casu non esset propositio, quia non esset  
ibi subiectum.

Sic videntur posse exponi dicta Aristotelis de istis duabus fallaciis.

3 ergo . . . homo] *ETBG*: etc. *V*: ergo risibile est homo *K* 4 de risibile accepto]  
*E*: nam risibile accepto *T*: risibile enim accepto *V*: risibile enim acceptum *B*: risibile  
accipiendo *K*: risibile accepto *G* 4–5 ipso autem accepto] *EVBG*: et si sumatur *T*:  
ipso autem accipiendo *K* 6 si supponat] *ETVKG*: quae est innata supponere *B* ||  
et personaliter] *T*: *om.* *EVKG*: vel personaliter *B* 8 etiam aliter] *EVBG*: aliter *T*:  
etiam arguitur *K* 9 separatim] *EKG*: separatim *TVB* 9–10 simpliciter] *ETV*:  
singulariter *BKG* 10 ut . . . argumento] *VBKG*: in argumento ut *E*: in argumento  
prius posito ut *T* || aliquid] *ETV*: scit *add.* *B*: *om.* *KG* 12 accusativo] *EVBK*:  
casu *add.* *TG* 13 sumi] *BKG*: construi *ETV* 14 valet] *ET*: *om.* *VBKG* ||  
idest] *ETVB*: vel *KG* 14–15 remove] *ETVB*: si removeatur *KG* 15  
residuum] *ET*: residua oratio *VB*: residua pars *KG* 17 esset] *ETVB*: apparet *KG*  
19 sic] *ETVB*: sed *KG*

### 7.3. De fallaciis in dictione

#### 7.3.5.

(De convenientiis fallaciarum compositionis et divisionis)

(1) Fallacia compositionis et fallacia divisionis multam habent af-  
finitatem; ideo de eis dicenda sunt aliqua communia. (2) Prout hic  
de compositione et divisione loquitur, compositio est dividendo-  
rum unio, divisio est componendorum separatio. (3) Fallacia com-  
positionis vel etiam fallacia divisionis est deceptio proveniens ex  
multiplicitate potenciali orationis. (4) Causa apparentiae earum  
in utraque est identitas orationis secundum materiam; et causa  
defectus est acceptio illius orationis secundum diversas formas  
quibus correspondent diversae sententiae. (5) Fit ergo utraque  
harum fallaciarum credendo propter identitatem orationis secun-  
dum materiam quod ipsa sumatur secundum eandem formam et  
sententiam, cum tamen sumatur secundum diversas.

Ista quinta pars agit de fallaciis compositionis et divisionis simul in quantum  
conveniunt. Et habet quinque clausulas.

(1) Prima proponit istas fallacias habere convenientias, de quibus in  
hac parte determinandum est, et aliae declarant illas convenientias.

(2) Secunda clausula describit compositionem et divisionem prout se-  
cundum eas proveniunt fallaciae in dictione. Est enim compositio dividen-  
dorum unio et divisio componendorum separatio, et ista sic debet intellegi  
quia oratio vocalis eadem secundum materiam (idest secundum litteras et  
sillabas et dictiones) habet aliquando dictiones quae possunt ad invicem  
coniungi et dividi secundum prolationem vel scripturam, et secundum hoc

7.3.5: *E* 83<sup>ra</sup>, *T* 62<sup>vb</sup>, *V* 80<sup>rb</sup>, *B* 78<sup>vb</sup>, *K* 127<sup>va</sup>, *G* 60<sup>rb</sup>

1 fallacia] *B*: om. *ETVKG* 2 sunt] *EBKG*: simul *add. TV* || communia] *ETKG*:  
om. *V*: simul *praem. B* 4 componendorum] *ETBKG*: comprehendorum *V* (*sic*  
*semper*) 9 ergo] *VB*: fallacia *add. ET*: autem *KG* 15 convenientias] *ET*: ad  
invicem *add. VB*: convenientiam *KG* 15-16 in ... est] *TBKG*: hic determinabi-  
tur *E*: fallaciis *praem. V* 18-19 dividendorum ... intellegi] ut dictum est supra *E*  
20 eadem secundum] *ETVB*: secundum eandem *KG* 21 ad invicem] *ETVB*:  
om. *KG*

*Summulae, De fallaciis*

habere diversos modos seu sensus. Illas ergo dictiones quae possunt sic proferri divisim vel coniunctim, dicimus componendas si oratio secundum earum compositionem esset vera et secundum divisionem falsa, et eas dicimus dividendas si oratio secundum earum divisionem esset vera et secundum compositionem falsa. Compositio ergo faciens fallaciam compositionis est dividendorum unio, idest acceptio orationis secundum compositionem suarum dictionum secundum quam redditur propositio falsa, cum tamen secundum divisionem earum esset vera. Et econverso dicas proportionaliter de divisione. Et haec apparebunt clarius in sequentibus.

(3) Tertia clausula describit simul, indifferenter, fallaciam compositionis et divisionis, (4) quarta assignat causas apparentiae et causas defectus earum (5) et quinta ostendit quomodo fiant. Et hoc est totum manifestum.

7.3.6.

(De differentiis fallaciarum compositionis et divisionis)

Differunt autem istae fallaciae, quia fallacia compositionis fit, cum oratio secundum sensum compositum est falsa et propter veritatem eius in sensu diviso creditur esse vera; et fallacia divisionis fit econverso. Est ergo fallacia compositionis deceptio proveniens ex multiplicitate potentiali propositionis sive orationis verae in sensu diviso et falsae in sensu composito; et fallacia divisionis econverso. Causa apparentiae fallaciae compositionis est identitas orationis

7.3.6: *E* 83<sup>ra</sup>, *T* 63<sup>ra</sup>, *V* 80<sup>va</sup>, *B* 79<sup>ra</sup>, *K* 127<sup>vb</sup>, *G* 60<sup>va</sup>

1 habere] *ETVB*: habent *KG* || modos seu] *ET*: om. *VBKG* || illas ergo] et illas *E* 1-2 quae ... coniunctim] om. *E* 2-3 secundum ... falsa] etc. *E* 3 divisionem falsa] *VB*: def. *E*: divisionem esset falsa *T*: earum divisionem esset falsa *KG* 5 falsa] *EBG*: esset *praem.* *TVK* || compositio] *VBKG*: propositio *ET* || fallaciam compositionis] *ETVB*: falsam compositionis et divisionis (!) *K*: et divisionis (!) *add.* *G* 6-7 compositionem suarum dictionum] *ETVBG*: acceptationem suarum acceptationum (!) *K* 7 redditur propositio falsa] *E*: res dicitur propositio falsa *T*: reddatur fallacia *V*: redditur fallacia *BKG* 8-9 earum ... divisione] *ETVBG*: om. *K* 8 dicas] *TVBG*: dicatur *E*: def. *K* 9 sequentibus] *ETVB*: sophismatibus (!) *KG* 10 indifferenter] *ETVB*: om. *KG* 11 assignat] *TBKG*: signat *E*: ostendit *V* 12 hoc] *ET*: om. *VBKG* 13 cum] *ETB*: quando *VKG* 15 fit] *ET*: om. *VBKG* 17 propositionis sive] om. *TVBKG*



### 7.3. De fallaciis in dictione

secundum materiam cum veritate sensus divisi. Et causa defectus est diversitas illius orationis secundum formam cum falsitate sensus compositi; et sic econverso dic in fallacia divisionis. Fit ergo fallacia compositionis credendo propter identitatem secundum materiam orationis compositae et orationis divisae quod sint  
5 eadem secundum formam et sententiam, et propter veritatem divisae quod composita sit vera, cum tamen sit falsa. Et econverso dicatur proportionaliter de fallacia divisionis.

Ista sexta pars est de differentiis fallaciarum compositionis et divisionis ad  
10 invicem et de utriusque earum descriptione et de utriusque causis apparentiae et defectus. Et totum est manifestum, si bene considerentur praedeterminata.

#### 7.3.7.

⟨De modis fallaciarum compositionis et divisionis⟩

(1) Modi autem in utraque harum fallaciarum possunt assignari sex. Primus modus est per hoc quod una determinatio potest coniungi cum utroque duorum determinabilium et separari ab altero, vel unum determinabile cum utraque duarum determinationum, ut in ista oratione: ‘quicumque scit litteras nunc didicit illas,’ quia ‘nunc’ potest coniungi et construi cum ‘scit’ vel cum ‘didicit’, et in hac oratione: ‘quidquid vivit semper est,’ nam ‘semper’ potest  
15 coniungi vel cum ‘vivit’ vel cum ‘est’. Similiter in ista: ‘quadraginta virorum centum reliquit dives Achilles.’ In hoc autem modo sensus compositus vocatur, quando illa dictio coniungibilis diversis  
20 coniungitur cum illo ad quod habet situm magis convenientem, et

7.3.7: E 83<sup>rb</sup>, T 63<sup>ra</sup>, V 80<sup>va</sup>, B 79<sup>ra</sup>, K 127<sup>vb</sup>, G 60<sup>va</sup>

3 sic] ET: om. VBKG || dic in] ET: dic de V: fit in B: dividitur in K: dicitur in G || divisionis] ETVBG: compositionis et praem. K 3-8 fit ... divisionis] VBKG: om. ET 5 et orationis divisae] VB: def. ET: om. K: et divisae G 6 eadem] VB: def. ET: eadem KG 11 considerentur] VBK: considerantur ETG 13 fallaciarum] EVBK: qui add. T: duarum add. G 14 est] ETVB: om. KG 16 vel ... determinationum] ETBKG: om. V 20 vel] EB: om. TVKG

*Summulae, De fallaciis*

divisus vocatur, quando coniungitur cum illo ad quod habet situm minus convenientem. (2) Secundus modus est per hoc quod diversi termini possunt coniunctim esse unum subiectum vel unum praedicatum, vel possunt divisim esse unum subiectum et alterum praedicatum, ut in hac oratione: ‘sedentem ambulare est possibile,’ 5  
 vel ‘album esse nigrum est possibile,’ vel ‘equum esse animal est necessarium’, etc. Potest enim hoc totum dictum subici et modus praedicari, et econverso, et sic est sensus compositus; vel potest una pars dicti subici et alia praedicari et quod modus se teneat ex parte copulae, et sic est sensus divisus et propositio divisa. Et 10  
 similiter in ista oratione: ‘Socrates albus erit cras’; sensus enim compositus est prout hoc totum ‘Socrates albus’ est subiectum et sensus divisus est prout ‘Socrates’ ponitur subiectum et ‘albus’ praedicatum. Et similiter est in ista oratione: ‘homo rationalis non est,’ vel ‘homo albus incipit esse.’ (3) Tertius modus ponitur prout 15  
 plures termini possunt simul coniunctim subici vel praedicari in una propositione categorica, et possunt etiam divisim subici vel praedicari, et aequivalet tunc uni propositioni hypotheticae, ut in hac propositione: ‘quinque sunt duo et tria.’ Si enim ‘duo et tria’ sunt unum praedicatum, propositio est composita et vera; et si 20  
 sint duo praedicata, propositio est divisa et falsa et valet istam: ‘quinque sunt duo et quinque sunt tria.’ Et similiter esset de ista conversa: ‘duo et tria sunt quinque,’ et de ista etiam: ‘Morellus et Favellus valent decem libras,’ et de ista: ‘omne animal est rationale vel irrationale.’ (4) Adhuc possunt assignari alii modi, scilicet 25  
 quartus, quando negatio praepositur toti propositioni categoricae, ut ‘non homo est animal,’ quia negatio potest cadere super totum quod sequitur et est negatio negans et est propositio composita,

4-5 vel ... praedicatum] *ETVBG: om. K* 5 ambulare est possibile] *ETVKG: possibile est ambulare B* 7 etc.] *ETV: om. BKG* || hoc] *ET: om. VBKG* 8 sic] *ET: om. VBKG* 10 sic] *ET: om. VBKG* 11 similiter] *ETV: est add. BKG* 13 sensus] *VBKG: om. ET* 14 est] *ETB: om. VKG* || oratione] *ET: om. VBKG* 15 est] *ETVBG: animal add. K* || vel] *ETVBG: om. K* 18 aequivalet] *ETBK: redupl. V: aequipollet G* 21 propositio] *ETVB: om. KG* 23 conversa ... etiam] *ETVBG: om. K* || conversa] *VB: scilicet add. E: convertente T: def. K: om. G* || et ... etiam] *ETV: et etiam B: def. K: om. G* 25 vel] *ETVBG: et (!) K* || adhuc] : et *praem. E*

### 7.3. De fallaciis in dictione

sicut dictum est aliququaliter et magis dicetur post, vel potest cadere  
super subiectum solum quod immediate sequitur, et est negatio  
solum infinitans, et sic est propositio divisa et vera. (5) Et etiam  
quintus modus, si negatio negans praepositur toti hypotheticae,  
5 ut 'non homo est equus vel asinus est animal'. Si enim negatio  
cadat supra totam hypotheticam, dicitur composita et falsa, quia  
contradicit isti verae 'homo est equus vel asinus est animal', et si  
cadat solum super primam categoricam, tunc est divisa et vera,  
et est una disiunctiva, cuius categoricae sunt istae 'non homo est  
10 equus' et 'asinus est animal'. (6) Iterum sextus modus potest poni,  
scilicet si propositio hypothetica fuerit composita ex tribus pro-  
positionibus categoricis, ut dicendo 'homo est asinus et equus est  
capra vel Deus est,' nam duae primae possunt coniunctim disiungi  
ad tertiam et est propositio disiunctiva de prima parte eius copu-  
15 lativa, et est composita et vera, vel prima categorica potest divisim  
copulari ad alias duas, et sic est propositio copulativa de ultima  
eius parte disiunctiva, et est divisa et falsa propter falsitatem pri-  
mae partis. (7) Et si possint alii inveniri modi istarum fallaciarum,  
20 tamen isti sunt principaliores vel magis consueti, et viso quid de  
istis sit dicendum, potest etiam faciliter videri de aliis.

Ista septima pars assignat in fallacia compositionis et etiam in fallacia  
divisionis sex modos.

(1) Et primus modus est satis manifestus per exempla quae ibi ponuntur. Tamen, quia potest rationabiliter dubitari quare unus sensus magis

1 aliququaliter] *ETVB*: alias *add. KG* 3 et sic est] *ET*: est autem tunc *V*: et est *BG*:  
et *K* || divisa] *ETBKG*: affirmativa *add. V* || et] *EVK*: est *TBG* 4 toti] *ETBG*:  
propositioni *VK* 6 cadat] *ETV*: cadit *BKG* 7 vel] *EVBG*: et *TK* 7-10 et  
... animal] *ETVBG*: *om. K* 7 si] *ETG*: *om. VB*: *def. K* 10 et] *ETG*:  
*om. VB*: *def. K* 11 scilicet] *EBKG*: *om. TV* 11-12 propositionibus] *ETVBG*:  
modis *K* 16 alias] *ETV*: illas *BKG* || sic] *ET*: *om. VBKG* 18 possint] *ETVK*:  
possent *B*: possunt *G* 19-20 et ... videri] *ETVBG*: *om. K* 20 potest etiam  
faciliter] *EG*: potest faciliter *T*: possit hoc *V*: posset etiam hoc faciliter *B*: *def. K*  
21 in fallacia] *EVB*: in fallaciis *T*: fallaciae *KG* || etiam] *EVB*: *om. TKG* ||  
in fallacia] *VB*: *om. ETKG* 24 tamen quia] *ETV*: tamen *B*: et tunc *K*: tunc *G*

*Summulae, De fallaciis*

debeat dici compositus quam divisus, eo quod utrobique dictio duabus componibilis componitur cum una earum et dividitur ab alia, ideo subiungitur regula ad cognoscendum quis sensus debeat dici compositus et quis divisus. Regula litteraliter est manifesta.

Sed est iterum dubitatio, quando illa dictio ponatur in situ magis debito 5 et quando in situ minus debito. Ideo ad hoc sciendum ego pono duas regulas.

Prima est quod situs convenientior est si dictio cum utraque aliquarum dictionum componibilis componatur cum immediatiori, et sic redditur oratio composita, et si ponatur cum remotiori, redditur divisa, ut in ista: 'quicumque scit litteras nunc didicit illas' propositio redditur composita si 10 'nunc' ponatur determinare 'didicit', et divisa si ponatur determinare 'scit'.

Secunda regula est quod si illa dictio pluribus componibilis sit aequae immediata vel propinqua utrique, situs magis debitus est quod determinatio sequatur suum determinabile cum quo componitur. Naturali enim ordine determinabile debet praecedere suam determinationem; substantivum suum adiectivum, et verbum suum adverbium. Sic enim ista est composita: 'quidquid vivit semper est' si 'semper' componatur cum 'vivit', et 15

1 divisus] ET: alius VBKG || eo] ETVB: ex praem. KG || duabus] TVB: duobus EG: om. K 2 earum] ETVB: om. KG 4 regula litteraliter] ET: et praem. VB: et illa littera KG || est] ETVB: satis add. KG 5 illa] ETB: om. VKG || ponatur] ETVB: ponitur KG 6 ideo] VBG: om. ET: igitur K || ego] VBKG: om. ET 7 dictio cum] ETVB: dicta est K: dictio cuius est G 7-8 aliquarum] B: aliarum ETVKG 8 dictionum] E: duarum praem. T: duarum VBKG || componatur] ETVB: componitur KG 9 ponatur] TVB: ponitur E: om. K: ponuntur G || redditur] ETK: oratio dicitur VBG || ut] ET: verbi gratia VBKG 11 didicit ... determinare] ETVBG: om. K 12 est quod si] V: quod E: est quod TB: si KG || componibilis] si add. E 15-16 substantivum] ET: ut praem. V: ut subiectum B: et praem. KG 16 verbum] ETVBG: adverbium K || adverbium] ETVBG: verbum K 17 cum] TVBKG: ista dictione add. E

### 7.3. De fallaciis in dictione

est divisa si ‘semper’ componatur cum ‘est’. Sed ista: ‘quadraginta virorum centum reliquit dives Achilles’ est divisa si ‘virorum’ componatur cum ‘quadraginta’, et est composita si componatur cum ‘centum’.

Sed adhuc potest dubitari, quia videtur quod in praedictis exemplis sit  
5 multiplicitas actualis vocis, eo quod ibi est eadem vox secundum materiam, scilicet secundum litteras et sillabas et dictiones, et sunt eadem secundum formam, quia utrobique illas dictiones proferimus eodem ordine et eisdem accentibus, licet in construendo sit diversitas, scilicet construendo illam dictionem ‘nunc’ vel ‘semper’ cum alio et alio verbo.

10 Et ego respondeo quod si praedictae propositiones simpliciter proferantur vel scribantur, ipsae de virtute sermonis non habent diversos sensus nec aliquam multiplicitem, nam si continue scribantur vel proferantur sine pausa vel puncto interveniente, ipsae de virtute sermonis non habent nisi sensum compositum, prout constructiones consonant sitibus magis con-  
15 venientibus. Verbi gratia, ‘quidquid vivit semper est’ non habet de virtute sermonis alium sensum nisi quod ‘semper’ construatur cum ‘vivit;’ nec illa: ‘quicumque scit litteras nunc didicit illas’ habet sensum istum quod ‘nunc’ construatur cum ‘didicit.’

1 est] TV: ipsa dicitur esse oratio oratio E: om. BKG || semper] T: ly praem. E: om. BKG: cum V || componatur] ETVB: construatur KG || cum] hoc verbo add. E || sed ista] VBKG: etiam illa oratio E: et ista T 2 centum ... Achilles] E: etc. TV: centum etc. BKG || est:] redditur eadem oratio E || virorum] ly praem. E || componatur] V: ly virorum praem. E: componitur T: praeponatur B: ponatur KG 3 quadraginta] ETVBG: centum (!) K || componatur] TVB: ly virorum praem. E: virorum ponatur K: ponatur G || centum] EVBG: decem (!) T: quadraginta (!) K 4 sed] VBKG: om. ET 5 eo quod] ETVK: ex quo B: ex praem. G 6 scilicet] ETVB: om. KG || et sunt eadem] T: autem sunt eadem E: et est eadem V: et eadem etiam BG: et eodem etiam K 7 illas dictiones] BKG: om. ET: prolamus (!) add. V 8 construendo] ETVB: conside sic K: considerando G 9 semper] ET: illam dictionem praem. VBKG 10 respondeo] ETVB: dico KG || praedictae] ETK: dictae VBG 10-11 proferantur] TBKG: proferuntur EV 11 scribantur] scribuntur E 11-13 diversos ... habent] ETVBG: om. K 14-15 convenientibus] ETVB: debitis et praem. KG 15 habet] ETVB: habent KG 16 alium] ET: om. VBKG || quod semper] ETVB: om. KG || vivit] E<sup>c</sup>: om. E || nec] EVBG: et T: in add. K 17 habet] ETVB: non praem. KG || istum quod nunc] ET: quod nunc V: nisi quod nunc B: nisi KG

*Summulae, De fallaciis*

Sed si illae dictiones non proferantur continue, sed interveniant signa divisionis – ut pausa in pronuntiatione vel punctum in scriptura inter dictiones quae secundum convenientem situm componerentur si esset prolatio vel scriptura continua –, tunc illae orationes non habent nisi sensus divisos de virtute sermonis. Verbi gratia, ista propositio: ‘quicumque scit litteras nunc · didicit illas’ non habet alium sensum nisi quod ‘nunc’ construatur cum ‘scit’, quia punctum notat divisionem eius a ‘didicit’; et ita haec oratio: ‘quidquid vivit · semper est’ non habet alium sensum nisi quod ‘semper’ construatur cum ‘est’ et illa oratio: ‘quadraginta · virorum centum reliquit dives Achilles’ non habet sensum nisi quod ‘virorum’ construatur cum ‘centum’, et sic de aliis. Sic intellegenda est diversitas inter multiplicatam actualem in fallacia amphiboliae et multiplicatam potentialem in fallaciis compositionis et divisionis.

(2) Secundus etiam modus in istis fallaciis est satis manifestus litteraliter per exempla quae ibi ponuntur. Sed tamen notandum est quod ille modus, prout communiter assignamus eum inter modales compositas et divisas, potest fieri dupliciter: uno modo prout in composita et divisa non solum easdem litteras, sillabas et dictiones salvamus, sed etiam eundem situm dictionum in praeposendo vel postponendo eas ad invicem; alio modo quod, licet salventur litterae, sillabae et dictiones, tamen non salvatur similis ordo dictionum in praepositione vel postpositione earum ad invicem.

Verbi gratia, quantum ad primum istorum modorum, ista vocalis oratio: ‘album esse nigrum est possibile’ potest dupliciter proferri vel scribi: uno modo continue, sine pausa vel puncto, et tunc est composita et est sensus

2 pronuntiatione] *ETKG*: prolotione *VB* 6 alium] *ET*: *om. VBKG* || quod] *ETVB*: *om. KG* 7–9 quia ... est] *EVBKG*: *om. T* 7 eius a didicit] *E*: *def. T*: eius addiscit *V*: eius ad didicit *B*: et ad dicit *K*: ad didicit *G* 8 alium] *E*: *def. T*: *om. VBKG* 9 est] *EVB*: *def. T*: hoc verbo quidquid vivit *K*: hoc verbo *praem. G* || illa oratio] *ET*: sic *praem. VB*: sic est de illa *KG* 10 dives Achilles] *VG*: etc. *ETB*: Achilles *K* 11 centum] *ETVBG*: quadraginta (!) *K* || sic intellegenda] *BG*: sed intellegenda *ET*: sic intellecta *V*: sic multiplicanda *K* 12 actualem ... multiplicatam] *ETVB*: *om. KG* || potentialem] *EBKG*: orationis *add. TV* || fallaciis] *EVB*: fallacia *TKG* 14 etiam] *ETB*: *om. VKG* || satis] *ETVBK*: statim *G* 17 divisa] *EBKG*: in *praem. TV* 18 litteras] *V*: vel *add. ETKG*: et *add. B* || et dictiones] *VBKG*: *om. ET* 20 sillabae] *TVB*: et *praem. E*: *om. KG* 21 ordo dictionum] *VB*: ordo proportionum *ET*: ordinatio dictionum *KG* || vel] *ETB*: et *VKG* 22 quantum ... modorum] *VBKG*: *om. ET*

### 7.3. De fallaciis in dictione

quod hoc totum ‘album esse nigrum’ est subiectum; alio modo cum pausa vel puncto immediate sequente istam dictionem ‘album’, scilicet: ‘album · esse nigrum est possibile,’ et tunc est propositio divisa ita quod de virtute sermonis hoc nomen ‘album’ est subiectum, propter quod oportet ‘nigrum’  
5 esse praedicatum, et sic de virtute sermonis ista propositio: ‘album esse nigrum est possibile’ aequivalet isti: ‘album possibile est esse nigrum’.

Exemplum autem de alio modo est quod utraque harum propositionum, scilicet: ‘album esse nigrum est possibile’ et ‘album possibile est esse nigrum’ proferatur vel scribatur continue, sine aliquo signo divisionis. Tunc  
10 prima respectu secundae vocatur composita et secunda respectu primae vocatur divisa. Dicimus tempore moderno ita communiter, et non est male dictum, sed utrobique bene.

De istis autem exemplis: ‘Socrates albus erit cras,’ ‘homo rationalis non est,’ ‘homo albus incipit esse,’ dicendum est quod si proferantur continue,  
15 ipsae sunt compositae, et sunt subiecta: ‘Socrates albus’, ‘homo rationalis’ et ‘homo albus’. Aliter possunt proferri vel scribi cum signo divisionis sequente immediate primam dictionem, sic scilicet: ‘Socrates · albus erit cras,’ ‘homo · rationalis non est,’ ‘homo · albus incipit esse,’ et sic omnes istae sunt divisae et aequivalent de virtute sermonis istis propositionibus: ‘Socrates erit cras  
20 albus’, ‘homo non est rationalis’.

(3) Similiter tertius modus est ex exemplis suis satis manifestus. Sed quomodo de virtute sermonis differant composita et divisa in modo proferendi et scribendi, ego dico, ut prius, quod si propositio proferatur vel

1 est] *ETK*: sit *VBG* || cum] *ETVB*: ex *KG* 2 istam] *ET*: hanc *VB*: primam *KG*  
|| album] *ETB*: om. *VKG* || scilicet] *ET*: sic add. *VBKG* 4 est] *ET*: solitarie  
sumptum *praem.* *V*: solitarie *praem.* *BKG* 5 praedicatum] *ETVB*: solitarie  
sumptum add. *KG* 6 est] *TBKG*: redupl. *E*: om. *V* 9 proferatur] *ETV*:  
proponatur *B*: si proferantur *KG* || scribatur] *ETVB*: scribantur *KG* 10–11 et  
... divisa] *ETVBG*: om. *K* 11 vocatur] *ETG*: om. *VB*: def. *K* || dicimus] *ET*:  
et ita communiter?) *praem.* *VBG*: et ita continue *praem.* *K* || tempore] *ETVB*:  
esse *praem.* *KG* || ita communiter] *ET*: om. *VBKG* 12 bene] etcetera add. *E*  
13 de] *VBKG*: ex *ET* || autem] *VBKG*: om. *ET* 18 homo] Socrates *E* ||  
incipit] *ETKG*: desinit *VB* 19 aequivalent] *ETVBK*: equipollent *G* 20  
rationalis] *EV*: et homo incipit esse albus add. *T*: et homo desinit esse albus add. *B*: et  
sic de aliis add. *KG* 21 similiter] *ETVB*: etiam add. *KG* || ex] *E*: om. *TKG*: in *VB*  
21–22 sed quomodo] *EVBG*: scilicet quomodo *T*: sed utrum quodammodo *K* 22  
differant] *ETB*: differunt *VKG* 23 et] *ETBG*: vel *VK*

*Summulae, De fallaciis*

scribatur continue, ipsa de virtute sermonis dicitur composita, et debet con-  
 strui secundum exigentiam sensus compositi et est propositio categorica; si  
 autem ponatur signum divisionis inter dictiones quae possunt coniunctim  
 vel divisim subici vel praedicari, tunc est divisa, et aequivalet de virtute ser-  
 monis uni hypotheticae, ut si scribamus sic: ‘quinque sunt duo · et tria,’ tunc 5  
 propositio debet construi quantum ad primum praedicatum quod ‘quinque  
 sunt duo’, et respectu secundi praedicati debet resumari primum subiectum et  
 dici ‘quinque sunt tria’. Ita etiam si dico: ‘duo · et tria sunt quinque,’ debet  
 construi et resumari quod ‘duo sunt quinque et tria sunt quinque’. Et si dico:  
 ‘Morellus · et Favellus valent decem libras,’ debet construi ‘Morellus valet 10  
 decem libras et Favellus valet decem libras.’ Ita si dico: ‘omne animal est  
 rationale · vel irrationale’ debet construi et suppleri quod ‘omne animal est  
 rationale vel omne animal est irrationale,’ et sic de aliis huiusmodi.

(4) Quartus modus manifestus est. Et profertur composita continue, ut  
 prius; in divisa autem ponitur signum divisionis immediate post subiectum 15  
 vel dictionem quam solum volumus infinitare. Verbi gratia, ista est compo-  
 sita: ‘non · homo est animal’ et universalis negativa, aequivalens isti: ‘nullus  
 homo est animal;’ et ista divisa: ‘non homo · est animal’ est indefinita et  
 valet istam: ‘aliquid quod non est homo est animal.’

(5) In quinto autem modo propositio hypothetica est composita si 20  
 continue proferatur vel scribatur, et est divisa si signum divisionis ponatur  
 immediate post primam categoricam, scilicet sic: ‘non homo est equus · vel  
 asinus est animal.’

1 ipsa] *EVB*: ipsae *T*: om. *KG* 2 et est propositio categorica] *VBKG*: om. *ET*  
 4 tunc] *ETVB*: om. *KG* || divisa] *ETVB*: propositio *praem.* *KG* || et] *ETVB*:  
 tunc etiam *KG* 5 ut si] *E*: ut *T*: verbi gratia *VBKG* || et] *ETVB*: quinque  
 sunt *add.* *KG* 6 praedicatum] *VBKG*: punctum *ET* 7 resumari] *ETVB*:  
 resolvi *KG* 8 dici] *ETKG*: quod *add.* *VB* 10 debet construi] *T*: om. *EV*:  
 et suppleri virtute dictionis quod *add.* *B*: vel *K*: et suppleri quod *add.* *G* 11 et  
 ... libras] *ETVBG*: om. *K* 13 huiusmodi] *ET*: istius modis *VB*: multis modis *K*:  
 istis modis *G* 14 modus] *ET*: etiam *praem.* *VBKG* || composita] *ETVB*:  
 compositus *KG* 16 gratia] gloria (!) *E* 16-17 ista est composita] *ETG*:  
 in ista continua *V*: ista conceditur composita *B*: ista composita *K* 17 et] *ETB*:  
 est *VKG* || aequivalens] *ETBKG*: aequipollens *V* 18 non] *ETVBG*: nullus *K* ||  
 est] *EBKG*: et *praem.* *T*: indeterminata *add.* *V* 20 in ... modo] *KG*: om. *ET*:  
 in isto quinto modo *V*: in quinto etiam modo *B* || hypothetica] *ET*: om. *VBKG*  
 22 non] *ETBKG*: nullus *V* 22-23 equus ... animal] *ETVB*: animal vel equus est  
 lapis *K*: animal vel equus est animal *G*



### 7.3. De fallaciis in dictione

(6) Ita etiam in sexto modo si volumus dare compositam, nos debemus proferre eam continue, et si volumus dare divisam, nos ponemus signum divisionis immediate post primam categoricam, scilicet sic: 'homo est asinus · et equus est capra vel Deus est.' Si autem signum divisionis non poneretur  
5 immediate post primam categoricam, sed post secundam, scilicet sic: 'homo est asinus et equus est capra · vel Deus est,' tunc propositio adhuc esset composita ac si esset sine signo divisionis. Ideo superflueret illud signum, nisi poneretur ad maiorem expressionem quod duae primae debent coniunctim dividi ad tertiam.

10 (7) Quantum ad ultimam clausulam notandum est quod si aliis modis in oratione vocali eadem secundum materiam aliqua dictio vel oratio possit cum alia dictione vel oratione construi coniunctim vel divisim, secundum illam vel consimilem, poterit fieri fallacia compositionis et divisionis. Et pro sensu composito ipsa erit proferenda vel scribenda continue, et pro sensu  
15 diviso ponendum erit signum divisionis ubi decebit.

#### 7.3.8.

#### (De fallacia accentus)

(1) 'Accentus' in isto nostro proposito sumitur large pro omni modo significativo proferendi vel scribendi dictionem. (2) In tali autem modo proferendi vel scribendi quattuor accidunt dictioni. Primo quidem continuitas et interruptio; omnis enim dictio in-  
20 complexa debet proferri vel scribi continue, scilicet sine suarum

7.3.8: E 84<sup>rb</sup>, T 63<sup>vb</sup>, V 81<sup>vb</sup>, B 80<sup>rb</sup>, K 129<sup>ra</sup>, G 61<sup>rb</sup>

1-2 debemus proferre eam] ET: proferimus eam V: proferemus ea B: proferemus aequae K: proferemus aequae G 2 et] ET: vel scribamus praem. VB: et scribemus praem. KG || ponemus] ETV: proferimus vel praem. B: ponimus KG 3 asinus] EVBG: albus T: animal K 4 poneretur] ETVB: ponitur K: ponatur G 6 asinus] EVBG: albus T: animal K 10 quantum] ETKG: et tunc praem. VB 11 eadem] ETVB: eandem K: om. G 13 consimilem] EVB: similem T: sibi similem KG 14-15 sensu diviso] EB: sensu divisionis TVG: signo divisionis K 15 ubi decebit] EVB: ut decebit T: ubi videtur K: ubi docebitur G 17 dictionem] ETVG: incomplexam add. B: orationem K 18 quattuor accidunt dictioni] ETVB: orationem capio accentus in dictione K: capio accentus in dictione G 19 primo quidem] ETVB: est enim prima quaedam KG 20 vel] ETB: et VKG

*Summulae, De fallaciis*

litterarum vel syllabarum interruptione. Secundo accidit dictioni  
tempus in pronuntiatione suarum syllabarum secundum quod ali-  
quae proferuntur longe, aliquae breviter. Tertio accidit ei aspiratio;  
scribitur enim vel profertur dictio vel syllaba aliquando sine aspi-  
ratione, aliquando cum aspiratione, ut ‘amo’ et ‘hamo’. Quarto 5  
accidit ei accentus proprie dictus, qui est modulatio vocis secun-  
dum elevationem vel depressionem in eius diversis partibus. Et  
solet iste accentus dividi in accentum acutum, gravem et circum-  
flexum. (3) Est ergo fallacia accentus deceptio proveniens ex mul-  
tiplicitate dictionis secundum accentum. (4) Causa apparentiae 10  
eius est identitas dictionis secundum materiam; et causa defectus  
est acceptio illius dictionis secundum diversas formas seu diver-  
sos accentus quibus correspondent diversae significationes. (5) Fit  
ergo fallacia accentus credendo propter identitatem dictionis se-  
cundum materiam quod ipsa sumatur secundum eandem formam 15  
et significationem, cum tamen sumatur secundum diversas. (6) Et  
assignantur huius fallaciae quattuor modi; primus est prout eadem  
vox secundum materiam potest esse una dictio vel plures et scribi  
continue vel interrupte, ut quod usurarius non habet delectatio-  
nem supernam, sed super nam;<sup>10</sup> (7) secundus modus prout syllaba 20

1 interruptione] *ETVKG*: ad invicem interruptione et diversae dictiones semper  
scribi debent cum interruptione *add. B* 2 secundum] *ETG*: scilicet *VBK*  
2-3 aliquae] *E<sup>s</sup>VBG*: *om. ET*: aliae *K* 3 proferuntur] *TVBG*: proferuntur *EK* ||  
aliquae breviter] *T*: aliquae et aliae breviter *E*: aliquae breves *VB*: aliae breves *KG* ||  
ei] *VB*: eis *ETKG* 4-5 scribitur ... aspiratione] *EVBKG*: *om. T* 4 dic-  
tio] *EVB*: *def. T*: vel oratio *add. KG* 4-5 sine ... aliquando] *E*: *def. T*: *om. VBKG*  
6 ei] *EVBG*: eis *TK* 7 depressionem] *ET*: ipsius *add. VBKG* 8 iste] *VBKG*  
*om. ET* || gravem] *TBKG*: *om. E*: gravem et modo *V* 9-10 multiplici-  
tate] *EVKG*: potentiali *add. TB* 11 eius] *ETVB*: *om. KG* || dictionis] *VBKG*:  
eius *ET* 16 et] *ETVB*: *om. KG* 18 dictio] *ETB*: *om. VKG* 19 non] *ET*:  
*om. VBKG* 20 supernam] *ET*: non *praem. VBKG* || super nam] *ETV*: per  
supernam *B*: *supmā K*: super pernam?) *G* || modus] *ET*: *om. VBKG*

10 ‘Nam’ is most likely a spelling of ‘mnam’, which is on its turn an abbreviation  
of ‘mina’, a Greek weight of a hundred Attic drachmas. The spelling ‘mna’  
can both be found in Johannes Dorp’s commentary to the *Summulae*, and in  
the anonymous commentary to the *Summulae* handed down in BNF, MS 14.716,  
fol. 102<sup>va</sup>. See also Van der Lecq and Braakhuis’ edition of Buridan’s *Questiones*

### 7.3. De fallaciis in dictione

potest proferri longa vel brevis, ut ‘mora’ in isto versu: ‘sunt matura  
mōra pira ficus amigdola mōra;’<sup>11</sup> (8) tertius est prout profertur  
vel scribitur dictio cum aspiratione vel sine, ut ‘quidquid hama-  
tur hamo capitur; puella amatur; igitur puella hamo capitur;’ (9)  
5 quartus modus est ex diversa accentuatione dictionum secundum  
elevationem vocis vel depressionem, prout dictio potest proferri  
acuto accentu vel gravi vel circumflexo.

Ista octava pars est de fallacia accentus et habet multas clausulas. (1) In  
prima describitur ‘accentus’ communiter sumptus, quia sic accipitur hic si  
10 debeat se extendere ad omnes modos fallaciarum in dictione provenien-  
tes ex multiplicitate potentiali dictionis incomplexae. Sic ergo accentus est  
modus significativus proferendi vel scribendi dictionem incomplexam, et  
ille modus significativus proferendi vel scribendi pertinet ad formam dic-  
tionis. Unde dictio eadem secundum materiam non est simpliciter eadem  
15 secundum vocem, si accentu alio et alio proferatur, ut ‘liber’ prima brevis  
et prima longa. Dixi ergo quod accentus est modus proferendi vel scribendi  
dictionem incomplexam, quia de dictionibus incomplexis pertinet ad istam  
fallaciam; et dixi ‘modus significativus’ ad differentiam cantilenarum, ubi  
elevatio vocis vel depressio non faciunt differentiam significationis, ideo  
20 nec fallaciam.

2 pira] VBG: om. ET: fructus add. K || est] ET: om. VB: modus KG 3  
dictio] ET: om. VBKG || sine] ET: aspiratione add. VBKG || quidquid] ETVB:  
hic KG 4 puella ... capitur] ETVB: vel amatur KG 5 modus] ET: om. VBKG  
7 acuto] ETVB: om. KG || vel] ET: om. VBKG 10 fallaciarum] ETB:  
fallaciae VKG 12 significativus] VBG: sive signum ET: dictionis significativus K  
13 ille ... scribendi] ETVBG: om. K 13-14 dictionis] ETB: om. V: secundum  
dictionem KG 14 eadem] ET: dictio add. VB: dictioni add. KG 18 ad ...  
ubi] ETVB: unde K: ubi G 19 significationis] ET: sed solum delectationem auditus  
add. VB: vocis ipsarum cantilenarum sed solum delectationem auditus add. KG

*elencorum*, who adopted the conjecture ‘super numam’. I2.3.4.3, p. 61<sup>76-86</sup>.  
11 Verse from ‘Versus de differentiis’ of Serlon de Wilton, ‘Poèmes latins’. Ed.  
Jan Öberg. Stockholm, 1965, p. 83<sup>71</sup>.

*Summulae, De fallaciis*

(2) Secunda clausula assignat modos accentus sic large sumpti secundum quattuor quae dicimus accidere dictioni; et illi sunt satis manifesti. (3) Tertia clausula describit fallaciam accentus; (4) quarta assignat in ea causam apparentiae et causam defectus; (5) quinta ostendit quomodo fiat haec fallacia. Et haec omnia sunt manifesta. Aliae quattuor assignant quattuor 5 modos huius fallaciae.

(6) In primo autem modo potest sic formari paralogismus:

‘omnis quies est requies;  
tu es qui es;  
ergo tu es requies.’

10

Non valet argumentum, quia prout haec vox ‘quies’ esset una dictio, maior esset vera et minor falsa, et prout essent duae dictiones, maior esset falsa et minor vera. Similiter est:

‘omnis habens delectationem supernam est bonus homo;  
usurarius habet delectationem super nam;<sup>12</sup>  
ergo usurarius est bonus homo.’

15

(7) In secundo modo arguitur sic:

1 assignat] *ET*: distinguit quattuor *VBKG* 1-2 sumpti secundum] *VBG*: sumptos et sunt *ET*: sumptos secundum *K* 2 quae dicimus] *TVG*: quos dicimus *E*: quae diximus *BK* || illi] *ETVB*: illae *KG* || manifesti] *ETVB*: manifestae *KG* 5 manifesta] *ET*: satis *add. VBKG* 7 paralogismus] *VBKG*: syllogismus *ET* 11 vox] *ETVB*: dictio *KG* || quies] *E*: *cor. ex* requies 12 et prout essent] *TVB*: et prout esset *E*: sed si essent *KG* || esset falsa] *TKG*: et incongrua *add. E*: fieret falsa *V*: vel incongrua *add. B* 13 vera] *EVBKG*: vel maior esset incongrua *add. T* || est] *ETBG*: *om. V*: hic *add. K* 15 super nam] *ETV*: supernam *BK*: super pernam?) *G* 16 usurarius] *TVG*: *om. EB*: homo *praem. K* || homo] *ETBG*: *om. VK* 17 sic] *ETVB*: *om. KG*

12 Cf. note XXX.

### 7.3. De fallaciis in dictione

‘quicumque vult iacere debet sumere lapidem;  
infirmus vult iacere (quia non potest se sustinere stando  
vel sedendo);  
ergo infirmus debet sumere lapidem.’

- 5 Non valet argumentum, quia si ‘iacere’ proferatur media brevi, maior est  
vera et minor falsa, et si proferatur media longa, tunc maior est falsa et minor  
vera. Et est notandum quod ista dictio ‘iacere’ est diversa secundum formam  
in voce, sed non in scriptura; ideo in scriptura est aequivoca. Et similiter  
10 dictiones dissimiles in isto modo non habent differentiam formalem in  
scriptura; etiam nec in prolatione prosaica, quia proferuntur semper, prima  
longa; ideo sunt tamquam aequivocae. Sed in prolatione metrica habent  
illam formalem differentiam cum sola identitate secundum materiam.

(8) In tertio modo ponebatur iste paralogismus:

- ‘quidquid hamatur hamo capitur;  
15 puella amatur;  
ergo etc.’

Et tales dictiones ‘amatur’ et ‘hamatur’ dicuntur eadem secundum mate-  
riam propter istos grammaticos qui dicunt quod ‘h’ non est littera. Sed hoc  
approbare vel reprobare non est praesentis speculationis.

1 iacere] *ETKG*: ipse vult *add. V*: iste *add. B* 2 infirmus] *ETV*: iste *add. B*: sed  
*praem. KG* || iacere] *EVBKG*: ergo infirmus vult scilicet iacere lapidem *add. T*  
|| quia] *TVKG*: si *add. E*: qui *B* || sustinere] *EVB*: *om. T*: sustentare *KG* 3 se-  
dendo] *EVBKG*: iacendo *T* 4 infirmus] *KG*: *om. ETB*: ipse *V* 5 brevi] *V*:  
brevis *ETBKG* || maior] *ETVB*: tunc *praem. KG* 7 est] *ETVB*: *om. KG* ||  
quod ... iacere] *ETVB*: *om. KG* || formam] *ETVB*: esse *add. KG* 8–10 ideo  
... scriptura] *ETVB*: *om. KG* 9 dissimiles] *VB*: *om. ET*: *def. KG* || differen-  
tiam formalem] *VB*: distinctiones formales *ET*: *def. KG* 10 scriptura] *TVB*:  
ideo *add. E*: *def. KG* || prima] *ETBKG*: *?. V* 11 aequivocae] *VBKG*: aequi-  
voca *ET* 12 sola ... secundum] *VBKG*: sola identitas est secundum *E*: solum  
identitas est circa *T* 13 modo ... paralogismus] *ETVB*: paralogizatur *K*: modo  
paralogizatur *G* 14 hamo capitur] *ETKG*: *om. VB* 15–16 puella ... ergo] *ET*:  
*om. VBKG* 17–18 materiam] *ETVBG*: grammaticam *K* 18–19 sed hoc ap-  
probare] *E*: quod approbare *T*: et hoc approbare *VB*: sed aspirationis nota sed hoc  
probare *KG* 19 speculationis] *ET*: negotii *VBKG*

*Summulae, De fallaciis*

(9) De quarto modo manifestum est quod saepe multi poetae et philosophi ponunt orationes falsas modo interrogativo. Si quis propter illorum auctoritatem eis assentiat tamquam assertive positus, decipitur. Haec autem orationes, eadem secundum materiam, differunt secundum formam, quia in interrogatione ultima dictio profertur accentu acuto et in assertione profertur accentu depresso; in scriptura interrogatio post ultimam dictionem habet punctum duplicatum cum elevatione, in assertione autem habet punctum simplex sine elevatione. 5

Ad istum etiam modum pertinerent diversitates vocum prout eas aliter proferimus praecipientes, aliter rogantes, aliter irati, et sic de aliis multis modis. 10

7.3.9.

⟨De fallacia figurae dictionis⟩

(1) Figura dictionis hic vocatur similitudo dictionis cum dictione ipsis differentibus secundum materiam. (2) Fallacia figurae dictionis est deceptio proveniens ex similitudine dictionum et dissimilitudine suarum significationum vel consignificationum. (3) Causa apparentiae in ea est similitudo dictionum et causa defectus est dissimilitudo suarum significationum vel consignificationum. (4) Fit ergo haec fallacia credendo propter similitudinem dictionum quod illae sunt similes secundum significationem vel consignificationem, cum non sint. 15 20

7.3.9: E 84<sup>va</sup>, T 64<sup>ra</sup>, V 82<sup>rb</sup>, B 81<sup>ra</sup>, K 129<sup>vb</sup>, G 61<sup>vb</sup>

2 falsas modo interrogativo] ET: quibus add. VBG: fallacias in modo intrinseco quibus K 3 eis] ET: om. VBKG || positus decipitur] EVKG: potest decipi T: ponentis decipitur B 5 in] EVBG: om. TK 6 interrogatio] ETV: interrogativa BKG 8 simplex] EVBKG: simpliciter T 10 praecipientes aliter rogantes] ETVB: interrogantes KG || irati] ET: aliter tyronizantes add. V: aliter ironizantes add. B: irascentes aliter ironisantes KG 11 modis] ETVB: om. KG 12 figura] ETVB: fallacia figurae K: figurae G || dictionis] VBKG: est fallacia et add. ET 13 ipsis] ETVB: ipsius KG 14-16 dissimilitudine ... et] ETVBG: om. K 15-17 causa ... consignificationum] VBG: om. ET: def. K 17 suarum] VB: def. ET: om. KG 19 sunt] ETB: etiam praem. V: sint simul K: sint G 20 cum] ET: tamen add. VBKG

### 7.3. De fallaciis in dictione

Ista nona pars est de fallacia figurae dictionis et habet quattuor clausulas.

(1) Prima ostendit quid hic per ‘figuram dictionis’ intellegitur, quia similitudo dictionis cum dictione. Et non oportet hic restringere ‘dictionem’ ad vocem significativam incomplexam, sed extendere ‘dictionem’ ad orationem vocalem, quemadmodum diximus sumi large ‘dictionem’ in illa distinctione fallaciarum quod quaedam dicuntur in dictione et quaedam extra dictionem. Sed etiam nec quarumcumque dictionum similitudinem vocamus hic ‘figuram dictionis’ vel ‘dictionum’, sed dictionum differentium secundum materiam. Si enim esset earum identitas secundum materiam et formam, non vocaretur figura dictionis, sed aequivocatio vel amphibolia, nec diceremus ibi esse multiplicatam phantasticam, quae pertinet ad istam fallaciam, sed actuaalem. Similiter si esset identitas secundum materiam et diversitas secundum formam, non vocaretur figura dictionis nec multiplicitas phantastica, sed compositio vel divisio vel accentus, et multiplicitas potentialis. Ideo dicebatur: ‘ipsis differentibus secundum materiam.’

Iterum, quia voces non significativae non vocantur ‘dictiones’, sed ex eo quod imponuntur ad significandum vocantur ‘dictiones’ et ratione modorum significandi essentialium, sine quibus non possunt imponi ad significandum, ideo, sicut mihi videtur, non sufficit ad hanc fallaciam similitudo vocum, sed exigitur convenientia in modo significandi, saltem essentiali. Nullus enim, nisi ignorans linguam latinam, crederet quod ‘homo’ et ‘amo’ propter similem terminationem in voce haberent similes significationes, aut

1 pars] *ET*: quae *add. VBKG* || et] *ET*: *om. VBKG* 2 figuram] *VBKG*: fallaciam figurae *ET* || intellegitur] *ET*: intendimus *V*: intellegimus *B*: intellegatur *KG* 3 similitudo] *KG*: similitudinem *VB*: ex similitudine *ET* 5 diximus] *ET*: etiam *add. VB*: etiam dicimus *KG* 6 et] *ETBG*: *om. VK* 7 sed ... dictionum] *EV-BKG*: *om. T* || quarumcumque] *EVB*: *def. T*: figuram quarundam *K*: quarundam *G* 9 earum] *EBKG*: ibi *T*: *om. V* 10 aequivocatio vel amphibolia] *ETBG*: aequivocatio *V*: aequivocationis vel amphiboliae *K* 11 ibi] *ETVB*: in *KG* || multiplicatam] *ETV*: *om. BKG* 12 actuaalem] *ETVBG*: accidentalem *K* 13 figura] *ETBKG*: fallacia figurae *V* || nec] *ETK*: neque *VBG* 14 et] *BKG*: vel *ETV* 15 potentialis] *ETVBG*: essentialis *K* 17 et] *ETVB*: vel *KG* 19 hanc] *VBKG*: *om. ET* 20 exigitur convenientia] *E*: exigitur *T*: preexigitur convenientia *VKG*: quod preexigitur *B* || essentiali] *essendi E* 21 nisi] *EVB*: *om. TKG* || homo] *EB*: hamo (!) *TVKG* 22 similes significationes] *ET*: vel consignificationes *add. VB*: significationem vel consignificationem similem *KG*

*Summulae, De fallaciis*

etiam ‘domus’ et ‘legimus’, et ‘fortiter’ et ‘magister’, et sic de aliis. Ideo dicitur ‘similitudo dictionis cum dictione’, non solum ‘vocis cum voce’.

(2) Secunda clausula describit fallaciam figurae dictionis, quod est deceptio etc. Et supple, vel expone, secundum quod immediate dictum est, ‘ex similitudine dictionum eundem modum significandi essentiali participiantium;’ (3) et sic etiam supple in tertia clausula de causa apparentiae (4) et in quarta, dicente quomodo fiat haec fallacia.

7.3.10.

⟨De modis fallaciae figurae dictionis⟩

Fallaciae autem figurae dictionis a diversis diversi assignantur modi. (2) Et ponuntur aliqui modi de ista fallacia qui forte non sunt de ea, et non est facile enumerare omnes speciales modos quibus fiat haec fallacia, sed aliquos enumerabo mihi apparentes communes. (3) Fit ergo primus modus, si propter similem terminationem dictionum credantur illae dictiones habere similes modos significandi accidentales, cum non habeant. Verbi gratia in nominibus, quia ‘musa’ vel ‘domina’ sunt feminini generis, credimus quod ista nomina ‘pascha’, ‘poeta’, ‘dogma’ etc. sunt feminini generis; et etiam in multis fortificat causam apparentiae similitudo

7.3.10: E 84<sup>vb</sup>, T 64<sup>rb</sup>, V 82<sup>va</sup>, B 81<sup>rb</sup>, K 130<sup>ra</sup>, G 62<sup>vb</sup>

1 domus] T: dominus EVBG: docemus K || et] E: om. TB: vel V: aut KG  
 2 dicitur] ETG: ergo praem. VB: bene dicebatur K 3 quod] ET: ipsa add. VBKG  
 3-4 deceptio] ETV: proveniens add. BKG 4 secundum] ET: hoc add. VBKG  
 6 etiam] VBKG: om. ET 7 dicente] ETV: ostenditur B: autem KG 8  
 fallaciae] TVBK: fallacia EG || diversi] ETG: diversae VK: diversimodae B  
 9 modi] ETV: paralogismi BKG 11 haec fallacia] ETVB: om. KG || mihi  
 apparentes] E: quae apparent T: magis add. VB: et magis add. KG 12 modus] ET:  
 om. VBKG 13 credantur] ETV: credentur B: crederentur KG || similes  
 modos] BKG: similem modum ET: eosdem modos V 14 accidentales ...  
 habeant] VBKG: actualement ET 15 credimus] TVKG: etiam add. E: ita add. B 16  
 ista nomina] ETKG: ita VB || pascha] ETVB: om. KG || etc.] ETV: om. BKG  
 16-17 sunt ... generis] T: om. EVBG: essent etiam feminini generis K 17  
 etiam] T: om. EVBKG || fortificat causam apparentiae] ETVB: causa apparentiae  
 est KG



### 7.3. De fallaciis in dictione

declinationis, ut ‘musa’, ‘musae’, ‘pascha’, ‘paschae’, ‘poeta’, ‘poetae’. Similiter in verbis, ut si quia ‘amare’, ‘docere’ sunt activi generis, credimus ita esse de ‘sonare’, ‘sedere’, ‘tremere’. (4) Fit autem secundus modus, participans cum primo in eadem causa  
 5 apparentiae, si propter similem terminationem dictionum creduntur illae dictiones habere similes significationes praedicamentales, cum tamen non habeant, ut quia ‘secare’, ‘urere’ significant agere, ita credimus de ‘amare’ et ‘intellegere’; et sicut ‘secari’ et ‘uri’ significant pati, ita ‘amari’ et ‘intellegi’; et sicut ‘album’ et ‘calidum’ significant quale, ita ‘bicubitum’ et ‘tricubitum’, etc. (5)  
 10 Fit etiam tertius modus, si similibus modis significandi grammaticalibus, licet dictionum non similibus secundum vocem, credamus correspondere similes significationes, ut si omnia verba activi generis credamus significare agere, et omnia passivi generis credamus significare pati, vel sicut genitivus in hac oratione ‘asinus hominis’ significat habitudinem possessoris ad rem possessam, ita credamus ipsum significare in istis orationibus ‘receptor pecuniae’, ‘pater Ruperti’, ‘dominus civitatis’ etc. (6) Fit iterum quartus  
 15 modus, si propter similitudinem vocalem distributorum praedicamentalium credamus similes terminos esse sumendos sub eis (similitudinem enim secundum vocem habent illa distributiva, ut  
 20

1 declinationis] *ETVB*: dictionis *K*: dictionis *praem. G* || pascha paschae] *ETVB*:  
 om. *KG* 2 si] *ETV*: om. *BKG* || docere] *ETKG*: legere *add. VB* 3 credi-  
 mus] *EBKG*: credamus *TV* || sonare] *ETV*: stare *B*: tonare *praem. K*: de tonare  
*add. G* || sedere] *VB*: sedere?) *E*: legere *T*: om. *KG* || tremere] *ET*: iacere et sic  
 de aliis *V*: etc. *B*: om. *KG* 4 eadem] *ETVB*: om. *KG* 5 similem terminationem  
 dictionum] *V*: similitudinem dictionum *ET*: terminationum *add. B*: similem dictionis  
 terminationem *K*: similitudinem dictionis terminationem *G* 6 praedicamenta-  
 les] *V*: principales *ETKG*: mentales *B* 7 tamen] *ET*: om. *VBKG* 9 et sicut] *ET*:  
 vel sicut *VB*: ad *K*: sicut *G* 9-10 calidum] *ETB*: nigrum *VKG* 10 ita] *ETVB*:  
 om. *KG* || et] *ETVB*: vel *K*: om. *G* 11 etiam] *ETVB*: autem *KG* || si simi-  
 libus] *EVG*: sic similibus *T*: sic *praem. B*: similis *K* 12 licet dictionum] *ETVB*:  
 si dictionibus *K*: sed dictionum *G* 16 hominis] *ET*: Johannis Buridani etc.?) *V*:  
 Johannis *BKG* 17 orationibus] *VBKG*: propositionibus *ET* 17-18 recep-  
 tor pecuniae] *ETVB*: om. *KG* 18 Ruperti] *BKG*: Nicolai *E*: Roberti *TV* ||  
 dominus civitatis etc.] *ETB*: magister artium *add. V*: om. *KG* || quartus] *ETVB*:  
 tertius *KG* 19-20 praedicamentalium] *EBG*: principalium *T*: praedicamentorum  
*praem. V*: terminorum praedicabilium *K* 21 ut] *ETVB*: om. *KG*

*Summulae, De fallaciis*

‘quotcumque’, ‘quantumcumque’, ‘qualecumque’, ‘quotienscumque’, vel ‘ubicumque’); vel econverso, si propter vocalem similitudinem terminorum sub eodem distributivo credamus illos posse sumi, cum tamen non sit ita; vel propter similitudinem vocalem terminorum sub eadem vel simili distributione sumptorum credamus in simili forma valere de eis syllogismos aut consequentias. 5  
 (7) Et ponatur adhuc quintus modus, si ex simili habitudine dictionum ad dictiones credamus similes utrobique propositiones aut consequentias bonas et etiam similes esse falsas et huiusmodi, ut quia sicut se habet ‘anima’ ad ‘animatum’, ‘albedo’ ad ‘album’ vel 10  
 ‘dulcedo’ ad ‘dulce’, ita ‘unitas’ ad ‘unum’, ‘privatio’ ad ‘privatum’ et ‘potentia’ ad ‘potens’ (cum in omnibus his sit habitudo abstracti ad suum concretum), si credamus quod sicut nulla anima est res animata, ita nulla albedo est res alba, et ita nulla privatio sit res privata, ita nulla unitas sit res una. Specificationes huius fallaciae 15  
 ampliores relinquo studere volentibus.

Ista decima pars habet septem clausulas.

(1) Prima clausula proponit dicenda in aliis et (2) proponit etiam quod aliqui assignant in hac fallacia modos aut paralogismos quos non credo pertinere ad hanc fallaciam. Dicunt enim multi unum modum huius fallaciae provenire ex mutatione suppositionis alicuius dictionis. Et secundum hoc dicunt ad istam fallaciam pertinere istos paralogismos: 20

1 quotcumque] *ET*: quodcumque *VBKG* || qualecumque] *ET*: quomodocumque  
*add. VB*: quocumque *add. KG* 2 vel ubicumque] *ET*: ubicumque cuiuscumque  
 etc. *VB*: ubicumque cuiuscumque *KG* || si] *ETKG*: scilicet *praem. VB* 3 eo-  
 dem distributivo] *ETG*: eadem distributiva *V*: eadem distributione quasi *B*: eodem  
 determinatio *K* 4 cum tamen] *ET*: quod *VKG*: cum *B* || vel] *ET*: etiam  
*add. V*: ergo *add. B*: etiam si *add. KG* 6 aut] *ETB*: debere *praem. V*: et *KG*  
 7-8 dictionum] *ETVB*: dictionis *KG* 8 dictiones] *ETVB*: dictionem *KG* ||  
 utrobique] *ET*: esse *add. VBKG* 9 bonas] *ET*: veras *VB*: esse veras *KG* ||  
 et] *VK*: aut *ETG*: *om. B* || ut] *VKG*: *om. ET*: amplius *praem. B* 10 animatum]  
*BKG*: ita *add. ET*: ita?) *add. V* || vel] *ET*: *om. VBKG* 12 et] *VBKG*: *om. ET*  
 14 ita] *ET*: quod *V*: *om. BKG* || et ita] *EG*: ita *T*: ita etiam *V*: etiam *add. K*:  
 etiam ita *B* || sit] *ET*: est *VBKG* 15 ita nulla] *E*: et *praem. T*: nulla *VBG*:  
 nec *K* || sit] *ETVG*: *om. B*: est *K* 16 ampliores] *ET*: modorum *add. VBKG* ||  
 studere] *ET*: de hoc diligentibus *add. V*: de hoc *add. BKG* 18 aliis] *ETBKG*:  
 clausulis *add. V* 21 alicuius dictionis] *VBKG*: *om. ET*

### 7.3. De fallaciis in dictione

‘homo est species;  
Socrates est homo;  
igitur Socrates est species.’

Similiter:

5 ‘omne animal rationale mortale est homo;  
animal rationale mortale est definitio;  
ergo definitio est homo.’

In maiore ‘animal rationale’ supponit personaliter et in minori materialiter,  
et hoc prout sunt verae.

10 Ad istum etiam modum dicunt pertinere istum paralogismum:

‘animal est Socrates;  
animal est Plato;  
ergo Plato est Socrates’.

Non sequitur enim, quia ‘animal’ pro alio et alio supponit in maiore et in  
15 minore, prout dicunt.

Similiter hic:

‘animal est Socrates;  
animal est Plato;  
animal est Johannes, et sic de singulis;  
20 ergo animal est omnis homo.’

quia procedit ex pluribus suppositionibus determinatis ad unam determi-  
natam.

8 maiore] *ET*: maiori enim *VBK*: enim *add. G* || rationale] *ETK*: mortale *add. VBG* || et] *TBKG*: om. *E*: tunc *add. V* 9 et ... verae] *ET*: prout sunt verae *VB*: om. *K*: per ipsam?) *G* 10 paralogismum] *VBKG*: syllogismum *E*: syllogismum sive *praem. T* 13 ergo ... Socrates] *ETBKG*: om. *V* || Socrates] *EBG*: vel Johannes *add. T*: *def. V*: animal *K* 14–20 non ... homo] *ETVBG*: om. *K* 14 maiore] *EVB*: maiori *TG*: *def. K* 15 minore] *EVBK*: minori *TG*: *def. K* 16 hic] *ET*: om. *VG*: hoc *B*: *def. K* 17 animal] *EVBKG*: homo *T* || Socrates] *EBG*: vel Johannes *add. T*: Johannes *V*: *def. K* 18 animal] *EVBKG*: homo *T* 19 animal est] *VB*: vel *ET*: *def. K*: om. *G* || Johannes] *ETB*: Socrates *V*: *def. K*: om. *G* || singulis] *VBG*: aliis *ET*: *def. K* 20 animal] *EVBG*: Johannes *T*: *def. K* 21 procedit] *ET*: proceditur *VBKG* || determinatis] *VBKG*: determinate *ET* 21–22 determinatam] *EVB*: distributam *T*: om. *KG*

*Summulae, De fallaciis*

Similiter si dicatur:

‘omnis homo est animal;  
ergo animal est omnis homo,’

quia ‘animal’ supponit in antecedente confuse et in consequente determinate. 5

Sed mihi videtur quod tales paralogismi nullo modo pertinent ad istam fallaciam, nisi de valde longe reducantur ad eam. De primo paralogismo,

‘homo est species;  
Socrates est homo;  
ergo Socrates est species,’ 10

diceretur quod non valet, licet nulla esset variatio suppositionis, quia deficit in forma, eo quod ex duabus indefinitis nihil sequitur.

Sed tunc oportet dicere de alio paralogismo quod non peccaret in forma, si non mutaretur suppositio. Et apparet quod non provenit ex eo fallacia propter similitudinem dictionum vel orationum, 15  
ipsis existentibus diversis secundum materiam, sed provenit ex identitate secundum materiam et formam huius orationis ‘animal rationale mortale’ et ex diversitate suppositionum. Talis identitas actualis vocis non facit hanc fallaciam, sed fallaciam aequivocationis aut amphiboliae, ut dictum est supra.<sup>13</sup>

